

illam post se pedissequam habent, qui vero umbram insequuntur, illam nunquam assequuntur: ita res se habet cum umbra inanis gloria! & in hunc sensum ait S. Hieronymus: *Ne nimis religiosus videtur velis, nec plus humilis, quam necesse est; gloriam fugiendo non quaras.*

Pugil ille temerarius, dum subitus Elephantum irrepens, illum gladio confodit: a corruente bellua obrictus perit: ita de illis, qui de victoria alieculis vitii gloriantur, ait S. Gregorius, *Sub hoste, quem profertur, moritur, qui de cultu, quam superat, elevatur.*

Avaritia.

294. *Est malum fere universale.*

Jerem. 6. Jeremias conqueritur: *A majori usque ad minorem omnes avaritiam student, nitentur Agricola, Mercator, Sacerdos &c. B. Sermon. 14. n. 26. Sermon. 23. n. 39. Sermon. 71. n. 19. S. puncti. 71. fol. 234.*

Plane instar miraculi habendum est, quod Josue cum tribubus Israel terram Chanaan dividebat, villissimum locum, nempe urbem Tamnatara sibi reservavit, quæ inter inamcenos, infructuosos, & fragulos montes abiacet, &c. D. 12. 22.

B. Petrus, Damianus hortatur Cardinales & Episcopos, ut avaritiam a curia Romana, & tota Ecclesia extirpent: carpit Prælatos, quorum scilicet honoris ornatus est, quam ara sacrificantis, C. in Ezech. 27. v. 13.

S. Hieronymus invehitur in Clericos, dicens, eos intrasse ad perdendas animas, ad sectanda lucra: *Cum ad ministerium Dei accesserint, Cresci divitias congregant.* Sic Bernardus & alii. C. in Ezech. 22. v. 27. Vide Paoletti Dom. 3. Advent. Et C. Amo. 9. v. 1.

Exod. 36. Avaritiae obnoxii sunt plus quam ceteris vitiis Judices & Prælati: hinc Jethro expresse loquitur, eligendos esse Judices, qui oderint avaritiam.

Nemo vult esse avarus, paucissimi sunt, qui hoc crimen non erubescunt, & tamen quotvisquisque est, qui aliena bona non invidiis oculis aspiciat: quam multi, qui suo non contenti vivunt? qui de inopia affectate conqueruntur? qui nunquam dicunt satis est? qui ergo pauperes sunt austeri & tenaces? qui debita aut omnino non, aut non debito modo solvunt? qui operariis subtrahunt? qui famulis præstant non præstant? qui vicinorum damnationem, sed unice sua curant? Hæc sunt signa avaritiæ, & cheu! quam universalia?

295. *Fugitur a justis.*

S. David comparat justum ligno, quod plantatum est secus decursum aquarum: arbor talis non plus aquarum fugit, quam sibi necessariae sunt. B. ferm. 15. n. 27. 38.

In apocalypsi vix dicitur habitatoribus terre, sanctus autem non habitator est, sed peregrinus ait Hieronymus. B. ferm. 21. n. 4. ferm. 45. n. 14.

Abraham minime avarus electionem obtulit Lot de possessione terræ. C. Gen. c. 13. B. ferm. 45. §. 3.

Cain primus edificavit civitatem, non autem Abel? quare? quia sancti non habent hic manentem civitatem sed futuram inquirunt, ut ait Apostolus.

Patriarcha Jacob pergens e domo paternæ ad Laban fratrem Matris suæ, nec animal nec famulum legitur secum sumpsisse, sed in baculo suo transivit Jordanem.

Moses pascebat oves Jethro coceri sui, ex quo patet, quod noluerit habere oves proprias, qui patebat alienas.

Elias famem & penuriam patiebatur, quando a vidua Sareptana petiit, ut daret sibi paullulam aquæ, & buccellam panis.

Christus Dominus a nativitate usque ad mortem fuit pauperimus, nihil proprii possedit, a paupere Virgine, & paupere fabro nutritus. Denique in Cruce mortuus non habebat, ubi caput reclinaret.

Discipuli Domini omnes erant pauperes, fugerunt divitias, vitam sustentabant ex piscatione, respiciebant retia, & alia opera faciebant.

Petrus mendico elemosynam petenti respondit: argentum & aurum non est mihi.

In primitiva Ecclesia fideles omnes omnia habebant communia, sustentabantur de communi massa.

Sic Sancti omnes ad Christi exemplum fugerunt dignitates terrenas: maluerunt humilem & pauperem vitam agere, quam divitiis abundare: S. Gregorius, Petrus Calestinus, Ambrosius, Thomas Aquinas, Philippus Nerius recusant Episcopatus oblatos. S. Augustinus, Marcus, Gregorius, Theodorus, Franciscus, Amontius, aliique ne Sacerdotalem quidem dignitatem admittere volebant, ut ab omni applausu & terrena possessione essent alieni. Vide Tit. Sandii.

296. *Difficiter salvatur.*

Cur Israelitæ in fundo, Petrus autem super aquas maris ambulavit? ratio est, quia

quia Israelitæ auro onusti erant, Petrus autem reliquit omnia: scilicet aurum deprimit in fundum. S. p. 74.

Avari incidunt in periculum damnationis ex duplici capite, videlicet, ab hoste interno, & externo: *Extremus est demon; huic facillimum erit avarum capere & captum detinere, offert illi occasionem lucri injusti velut escam ovipule, & ubi semel inescaverit sine labore tenebit, prout in avibus videmus, ipse avarus nolet effugere, quia nolet facere restitutionem.* Qui volunt divites fieri incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, &c. Hostis internus est concupiscentia, avarum semel captivum tot brachiis tenet, quot desideris, quæ desideria sunt multa, sunt inutilia, sunt nociva. Sunt multa, quia avaritiam plurimarum amore capiuntur. Sunt inutilia, quia non conducunt ad finem. Sunt nociva, quia animam faciunt inquietam.

Eccl. 10. Labor stultorum affligit eos, &c. Segn. *Manna 15. Junii n. 2.*

Pavus pecunie, fanus est anime, ait S. Leo, apud Segn. Hom. Chr. p. 1. disc. 27. n. 28.

Sus inter immunda animalia reputatus est, quibus Judæis vesci non licuit, nec ad altare offerri. Denotatur per suem avarus, quia nunquam oculos in celum levat, semper in ceno volvitur, in vita nemini prodest, sed primum post mortem. C. Lev. 11. v. 7.

Aquila volens excæcere cervum alas fabulo intingit, quas dein in oculos cervi illidit: Berchorius ait: Aquila est diabolus qui cervum, id est, avarum fabulo, id est, divitiis excæcat, donec in profundum ruat. B. ferm. 42. n. 26. ferm. 73. n. 18.

297. *Corrigitur considerando miserum statum divitum.*

Tobias ex stercore cæcus factus est, & per piscem sanatus: tu piscem talem exentera, ait Hugo Cardinalis: *considera statum divitum: invenies eor, id est, sollicitudinem cordis in custodiendo; vel, id est, amaritudinem in amittendo; secur, id est, ardentem cupiditatem in acquirendo.* B. ferm. 14. n. 32. ferm. 17. §. 5.

Misera & calamitosa est hominis avari conditio. Paoletti Dom. 3. Adventus. Nunquam felix est avarus, semper in labore, sine gaudio, sine quiete: *Erubescit Sion ait mare:* ubi S. Ambrosius: fatigati elementis hæc vox est, quia negotiorum inquietus est, quam fluctus, & venti. S. p. 65. f. 226.

Aquila in Apocalypsi habitatoribus terræ triplex vix annuntiavit; quia magnus labor est in operibus parandis, magna sollicitudo in conservandis, & magnus dolor in amittendis. S. p. 72. f. 235.

Quid infelicitus Epulone? damnatus est, quia pauperis Lazari miserum non est? ubi nota, si perit, qui non dedit propria, quantum certis peribit, qui rapuit aliena?

Liduros Pelusiotæ ostendit, divitem diu motuque tam dire cruciari, ut inferorum supplicium perpeti videretur. Jugi enim terrore agitatur dum latrones cimet, potentiores veretur, famulis non credit, & nonnunquam a filiis non solum post mortem, sed & in vita spoliatur. C. Jac. 5. v. 3.

298. *Male affligit in vita, in morte, & post mortem.*

In Apocalypsi triplex vix dicitur, ubi

Sanctus Thomas Villanova: *Vix in vita, vix in morte, vix post mortem: vita laboriosa, mors acerba, & post hanc damnatio sempiterna.* Quem autem tangit illud vix? Resp. habitatores terræ, qui sunt avari, sancti enim non sunt vitæ habitatores, sed peregrini. B. ferm. 21. n. 3. 4. 35. ferm. 23. n. 38. 42.

Dives cum dormierit, nihil secum auferet: aperiet oculos suos, & nihil inveniet. Sicut somnians se possidere amplos thesauros dum evigilat, nihil invenit: ita hæc est miseria avarorum, quod primum post mortem suam sollicitudinem agnoscent. O que tunc erit afflictio? maledicet somno, qui finxit cum divitem, ut dein majore dolore suspiraret se inopem. O quam tunc vellet bene expendisse pecuniam! verum jam redactus est ad incitas, atque de omnibus thesauris nec tot obolos possidet, quibus posset conducere carnicem interfectorem. Segn. *Manna 17. Maj. 3.*

Aquila illa in Apocalypsi habitatoribus terræ triplex vix annuntiavit; quia magnus labor est in operibus parandis, magna sollicitudo in conservandis, & magnus dolor in amittendis. S. p. 72. fol. 235. Et punct. 75. f. 239.

Aurum eorum non valebit liberare eos in die furoris Domini. C. Ezech. 22. v. 13.

299. *Quantum sit malum, & quæ mala post se trahat.*

Avaritia vocatur idolorum servitus: Radix omnium malorum cupiditas: avarus

rus non potest Deo servire, & mammonæ, &c. B. ferm. 45. §. 3. ferm. 71. num. 19. S. punct. 71. fol. 234. M. conc. 40. aff. 1. num. 16.

1. Tim. 6. Radix omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes erraverunt a fide. Potuit apostolus dicere, quod avaritia generet duritiam cordis erga pauperes, violentias, fallacias, fraudes, proditorias, sed compendiose dixit esse causam infidelitatis, ut indicet, quod corrumpat etiam intellectum. Multi fuerunt, qui metu tormentorum negarunt fidem, ut S. Petrus, sed fuit malum voluntatis, non intellectus: avaritia plus facit, quam metus: facit, ut non tantum in voluntate, sed in intellectu sit malum: Erraverunt a fide. Ratio est, quia fides Christiana nimium quantum advertebat votis cupiditatis: & ideo cum ferre non possint acerbo conscientia remorsus, sensim falso sibi persuadent, non adeo esse certa, quæ de rebus vitæ alterius sparguntur: Venite scilicet bonis. Unde tam grandis fiducia: quia non est agnitus, qui sit reversus ab inferis. Præterea sicut omni modo laborat sustinere male parta, cum in favorem suum non reperiunt doctrinas fanas, & veritates, infideles, & ita efficiuntur errore, ut non solum complectantur, sed etiam adorent. Committaverunt veritatem Dei in mendacium, & coluerunt.

Rom. 1. Appetentes pecuniam inservierunt se doctoribus multis. Per dolores quandoque intelligitur malum culpæ, quandoque malum poenæ. Utrumque incidit avarus: primum quidem; quia qui voluit divites fieri incidunt in laqueum diaboli. Secundum quia avari tolerant molestias in acquirendis, possidendis, & perdendis divitiis. Et super hæc omnia superfluit supplicia alterius vitæ. Segn. Manna 30. Mart. nu. 4.

S. Augustinus alloquitur avarum: An nescis, quod radix omnium malorum sit avaritia, servitus idololatricæ, mater usuræ, genitrix simoniæ, nutrix gehennæ. C. Amos 9. v. 1.

300. Est radix discordiarum in mundo.

Sicut, cum pullus vermem invenit, omnes illos persequuntur, & si alius deprehenderit, ille habet hostes ceteros: ita ait Chrysolomus, Meum, ac tuum frigidum illud verbum causa est discordiarum. B. ferm. 53. num. 21.

Etiam fratres, & consanguinei colliduntur propter avaritiam. S. pun. 68. fol. 231. M. conc. 40. aff. 1. n. 16. in fine.

Falsa est rixa: ubi Chrysolomus: affluerunt divitiæ, & statim rixæ. C. Gen. cap. 13. col. 2.

Olum Judæi festum habuerunt propter mortem Nicanoris sui inimici, nunc sæpe proprii filii festum habent ob mortem parentum, idque solum ob boni patris hereditatem.

Omnis alius amor cedit amori pecuniarum: duo fratres, qui ob unum sanguinem, educationem & bona communia deberent esse conjunctissimi, colliduntur immensis litibus, quamprimum parentes moriuntur; sicut duo fluvii ex eodem fonte orti v. g. Tygris & Euphrates, statim infinito terrarum spatio separantur. Nescit propinquitatis jura cupiditas, sed propria utilitas, hæc frater est. Tert. ad. Gen. 1. disc. 27. num. 14.

Deus sæpe multa bona prodigiose destruit, ut finis esset discordiis: In lacu quodam in Anglia nullus invenitur piscis, si piscatio sit Domini privati: locus autem piscibus abundat, si piscatio sit libera.

Avarus, ait Arnobius, quamvis integras provincias unum rus faciat, pro una tamen arbore, pro sulco forum litibus terit, cum amicis, fratribus inexpiables suscipit similitates. C. Amos 9. v. 1.

Postquam Isaac opibus crevit, & locupletatus fuit, pastores illius & vicinorum jurgari cæperunt.

Christus Dominus noluit se intromittere in divisionem hereditatis, propter discordias heredum.

301. Nullum scelus non audit amore lucri.

Nuncios Balaac imploravit Prophetam Balaam, ut malediceret populo. An exaudivit propheta impias preces? Omnino. sed qua de causa? quia nuncios donationes & pretium in manibus habebant. Fuit avaritia corruptus.

Avarus auro dementatus, mallet renunciare celo, quam terrenis opibus! Tribus Ruben & Gad & dimidia tribus Manasse, quia substantiam multam & pecora habebant, noluerunt transire Jordanem, sed in terra alendis greibus apta morari, ac habitare voluerunt.

Achan avaritia exccatus adeo fuit, ut etiam de anathemate furari ausus sit, terribili damno punitus.

Avaritia etiam fidem conjugalem cor-

ruptis, ac labefactat. Sic Dalila Samsonem maritum suum Philistæis prodidit, propter dona ac promissa ab illis accepta.

Quoties prohi dolor! iudiciorum æquitas muneribus corrumpitur! iudices donis exccati iustitiam evertunt, ita ut de illis dici possit, quod de filiis Samuel: Declinaverunt post avaritiam, acceperuntque munera, & perverterunt iudicium.

1. Reg. 8. Regi Saul præcepit Deus, ut extirparet Amalecitas cum omnibus eorum utensilibus, bobus & ovibus: Rex reservavit sibi pinguiora armenta & alia. Sic facit avarus; ubi spes lucri affulget, Dei præcepta omnia transgreditur, etiam si cum rege Saul Dei gratiam, & cali regnum perdat.

Apollonius & Rex Antiochus, ubi audierunt, ararium templi in Hierusalem esse pecuniis plenum, non erubuerunt sanctæ civitati, ipsique templo sacrilegas manus injicere.

Cetera peccata capitalia videntur in comparatione avaritiæ leviora, quia hæc abominabile scelus in venditione Christi commisit.

302. Punitur gravissimum hic & ibi.

Cuidam avaro damnato dæmones metalli, aurum bibe. S. punct. 69. fol. 226.

Sanctus Isidorus suo baculo fontem excitavit, qui nunquam etiam aridissimis solibus fuit exsiccatus nisi Anno 1575. Ratio erat, quia quidam telonarii Maurorum pro illa aqua pecunias exigebant, &c. R. 1. cent. 2. part. mir. 43.

In Gallia in fronte Ecclesiæ Cathedralis stabat inter alias statua avaritiæ cum sacculo. Ut autem quidam maximus civitatis usurarius intravit per portam, statua prædita decidens eum obrivit. E. usura 1.

Adolescens suspicans in domo sua latere thesaurum, ut illum acquireret, dæmonem conjurat: apparuit ille, sed tam terribili forma, ut intra triduum juvenis fuerit mortuus. J. 140.

Vix major poena affligit avarum in hac vita, quam cum cogitat effatum S. Ambrosii dicentis: Sæpe quod avarus summa cõngessit sollicitudine, dilapidat heres luxuriosus, & diu quæsitæ turpis helluo, quam aborbet voragine. C. Amos 9. v. 1.

S. Greg. Turon. narrat, e sepulcro avaræ femine audita esse lamenta, se in aureo igne torqueri, cumque Parochus se-

pulcrum aperiri iussit, vidit atrum liquescens cum sulphure in os defunctæ infundi. C. Jac. 5. v. 3.

Triplici igne ardet avarus 1. Cupiditatis. 2. Curarum & sollicitudinum ad opes procurandas, & augendas. 3. Gehennæ. C. Jac. 5. v. 3.

Achan ex avaritia de anathemate furatus, terribili damno punitus est.

Monopolæ, qui tempore Indigentia & caritatis frumenta accumulando afferant, ordinarie puniuntur, ita ut pro lucro unius florenti, centum perdant; ut patet ab exemplis. C. Amos 8. v. 5.

303. Propter lucrum modicum animam perdit.

Abiit parvi pendens, quod primogenita vendidit. Sanctus Leo ait: anima lucri cupida etiam pro exiguo perire non metuit. S. punct. 1. fol. 532.

Joseph modo pro 25. aureis, modo pro 30. venditis dicitur, quia Christus non una æstimatione omnibus valet: huic pretiosior est ut Deus, alteri ut Redemptor, peccatori vero pretiosior nummus est. S. punct. 1. fol. 532.

Beda ait: Multi hodie scelus Judæ exhorrent, & tamen non cavent, &c. S. punct. 1. fol. 533.

Avaritia tam animosus facit peccatores, ut de factis pessimis glorientur. Christus in passione primo ductus est ad Annam. Nihil pertinebat ad Annam iudicare de causa Christi, sed hoc factum est ex instigatione Judæ proditoris: quia apud Annam sacerdotes illi assignarunt mercedem proditoris, ideo commendare se voluit Anna, & demonstrare quod negotium suum bene pergerit, & pecuniam pactam meritis fuisset in captivando Christo, qui jam una aut altera vice miraculose et manibus Judæorum evasisset. Quanta temeritas avarorum! Colerus de Pass. Dom.

S. Augustinus avarum alloquitur: quare s. Aug. invocas Deum? ut det tibi lucrum? Er. 20. ff. 30. go lucrum invocas, non Deum? Minutium lucrum tui facis Deum, & hunc minus æstimas, quam illud! C. Amos 9. v. 1.

Per pecuniam corrupti sunt custodes sepulcri, ut falsum testimonium dicerent, Dominicum corpus noctu a discipulis fuisse furto sublatum. O quot falsa testimonia extorquentur per pecunias! ita multis ipsa anima venalis est!

304. *Est in opprobrium Christi & Ecclesie.*

Siquis per aurum e captivitate barbarorum redimatur, non foret mirum, si aurum amet: at nos per Christum redempti sumus, ait Chrysofostomus: *a Christo redempti sumus, & tunc servimus*: S. punct. 78. fol. 250.

B. Petrus Damianus hortatur Episcopos, ut ex Curia Romana, totaque Ecclesia extirpent avaritiam vitium, utpote omnium Ecclesiarum malorum causam & fontem. *Nulla putredo in Dei naribus intolerabilis fiet, quam serpens avaritiae*. Avaro nihil est scelestius, avaritia est idola.

Calost. 3. lorum servitus. Item radix omnium malorum est cupiditas. Demum invehitur in Praelatis, quorum lectulus soporis ornator est, quam ara sacrificantis. C. in Ezech. 22. v. 13.

Avaritia Clericorum in pensionibus nimis, & pluralitate Beneficiorum redundat. 1. in damnum & praediciam Christi, quia patrimonium Christi, Ecclesie ministrans deputatum ab his avertitur, & in extraneos transferitur. 2. in damnum Ecclesiarum particularium, quae dignos ministros non recipiuntur. 3. In damnum fidelis populi, qui ab hisce miseris digna curam, aut formam nequit. 4. In praediciam fundatorum, qui si redire possent, certe suam voluntatem revocarent, & contra hanc corruptelam protestarentur. 5. In Canones antiquos, qui ejusmodi pensiones prohibent, & damnant. 6. In Ecclesiam universalem, cui ingens datur scandalum. Ridetur, & subsannant haeretici, cum vident has avaritiae nundinationes in Praelatis, & C. in Ezech. 34. v. 3.

Nullo peccato fere magis contemnitur Christus & sacratissima eius lex, quam avaritia, quia est idolorum servitus: 1. quia avari omnem spem vitae reponunt in suis opibus. 2. quia colunt signatas auri effigies, sicut idololatrae aureas & argenteas imagines. 3. quia avaritia totum hominem diu, nocturne occupat, ut opes augeat. C. ad Ephes. 5. vers. 5.

305. *Est malum difficillime sanabile.*

Iosue solem sicit, avaritiam militum in diripienda praeda sistere non potuit, ait Ambrosius. S. punct. 65. fol. 227. 228. M. conc. 27. aff. 2. n. 9.

Apostoli delinquentes ad se reversi sunt, ut Petrus & Thomas: non vero Judas,

dicente Chrysofostomo: *Sola namque avaritia remedium non invenit salutis*. M. conc. 40. aff. 1. n. 17.

Fulmen tanta vi poller, quia est aliquid mixtum ex igne & terra: igitur & avaritia est pertinacissimum scelus, quia est aliquid mixtum inter peccata spiritualia, & carnalia. Item quia pro objecto non habet bonum particulare, ut alia vitia, sed universale, juxta illud: *Magis concitatus tenaciter, firmiterque adheret, ita ut non nisi lima avelli possit*. VV. art. disc. font. 48. ex. 11. no. 8. Ita avarus, quanto fit senior, tanto fit tenacior, ita ut non nisi morte a suis divitiis avellatur.

Porro quod avaritia sit malum violentum praeter alia, habetur ex ejus effectibus, quia collidit fratres, & intimos amicos. Sicut Tygris & Euphrates ex eodem fonte nascuntur, & statim immenso terrarum spatio separantur: ita nonnunquam genuini fratres discordant ob litem rei temporalis. *Nescit propinquitas* ver. ad- vers. 2. anse. ait Tertullianus. Segn. p. 1. disc. 27. num. 14.

S. Augustinus ait: O avaritia abyssus, infatigabilis! omnia vitia in homine fenebant, sola avaritia juvenescit: C. Amos 9. v. 1.

Avarus, ait iterum S. August. infero similis est: infernus quantocumque devoraverit, nunquam dicit satis est: sic est omnes thesauri in avarum confluxerint, nunquam satiabitur. C. Amos 9. v. 1.

Recte Seneca ait: Multo concitator est avaritia in multarum opum congregate collocata, ut flammæ infinito acrior vis est, quo ex majore incendio emicat. C. in Jac. c. 5. v. 3.

306. *Nunquam satiatur bonis.*

Calcatis torcularibus sitiunt: id est exhausto pauperum sanguine non faciuntur, sicut Achab tor vinearum dominus, tamen sitivit vineam Naboth. S. punct. 65. fol. 224.

Inexplebilis est cupiditas, quod cernit oculus, desiderat animus: *quo plus habes, plus sitis*, ait S. Ambrosius. S. punct. 65. fol. 225.

Ignis cum ligna acciperit, accrescit, & tunc videtur: ad momentum flamma comprius, inde paulo post cernitur dilatari, ait S. Gregorius. S. libid. & fol. 226.

Non poterat eos capere terra: ubi Ambrosius: *seculare vitium est, ut divites terra non capiat*. C. Gen. fol. 150. col. 1.

Sana-

Sandus Bernardus ait: isti, nimirum avari, voraciori ingluvie Inconorum pecunias exigunt infinitas. S. punct. 1. fol. 533. in fine.

Omnes fere certum magnitudinis terminum habent, non autem crocodilus: similis differentia est inter alia vitia & avaritiam; hac nunquam satiatur. Segn. p. 1. disc. 27. num. 19. ad finem.

Margaritae, quo magis fenescunt, eo magis concitatus tenaciter, firmiterque adheret, ita ut non nisi lima avelli possit. VV. art. disc. font. 48. ex. 11. no. 8. Ita avarus, quanto fit senior, tanto fit tenacior, ita ut non nisi morte a suis divitiis avellatur.

Homo a Dipstate serpente ictus inextinguibili ardore incenditur, ita ut sitis illius integro flumine extingui non possit: quo plus bibit, eo plus sitit. Diptas avaritia est, quae inexplebilis opum fit, aequae ac curis & doloribus avaros incendit. C. Amos 9. v. 1.

Avaritia comparatur sanguifuga: quia sicut ista duo habet ora, scilicet vim & fraudem; nam quod eum & carnem sanguifuga perumpit, vim est, quod autem sanguinem non copiose, sed exilliter, & sensum exigit, nec vulneris vestigium relinquit, fraus est. Sic avaritia habet duo ora, sive duas filias, retinere proprium, & rapere alienum, sive vendere justitiam, & vendere gratiam, uti faciunt avari iudices, & praefecti provinciarum, qui iniqua accipiunt, & iura non tribuunt. Tiberius Imp. noluit mutare praefectos, hoc apologo usus: Mendici vulneri, ajebat, infidebant innumeris mulca, has viator quidam amigerens volens, rogabat impense a mendico, ut illas relinqueret: cur ita querebat ille? & iste reponerat: Haec mulca utcumque saturae jam sunt, si illas abegit venient jejuna, quae necdum saturate sunt, & cum majori molestia mea ac cruciati sanguinem abundantius exfugent, & C. Prov. 30. v. 16.

Nabuchodonosor Rex Assyriorum, ubi devicit Arphaxad Regem Medorum, statim regna alia omnia concupivit.

307. *Eget in mediis divitiis.*

Non videat rivulus fluminis, torrentes molles, & butyri. Ceteranus ait, hic describit avarum, qui in ipsa affluentia miser est, & ut Vitabius ait, in magna reum copia eget. S. punct. 65. fol. 225. M. conc. 20. aff. 3. nu. 3.

Rex Achab vineam petit, ut faciat horum olerum: En! de oleis sollicitus est in tanto luxu. M. conc. 20. aff. 3. num. 3.

Apicius cum numerando pecunias inveniret se non ultra centies festerium habere, id est ducenta triginta millia, & trecenta triginta tria scutatorum, putabat se nimis egenum, & veneno se enecavit. D. 10. 77.

Quanta fuit insatiabilitas Regis Achab: fruebatur regalibus divitiis, & tamen miserum se reputabat, nisi & vinea Naboth potiretur; hunc in finem subornavit duos falsos testes, & iussit Naboth possessorem vineae occidi.

Divitiae faciunt divitem idolum, non tantum ideo, quia a mundo velut idola honorantur, sed maxime ideo, quia sicut idolum ex oblati nec manducatur, nec bibit, sic & avarus ex omnibus divitiis nullum fructum & voluptatem percipit. C. Eccli. 30. v. 20. ad finem.

Fingunt Poetae, Tantulum a Diis ita fuisse punitum, ut stagno innatas nec potina circumstantia, nec volam aquae pro restinguenda fame & siti prehendere possent. Avarus est voluntarius ejusmodi Tantulus, ex omnibus bonis abundanter possessis nec fami nec siti satisfacere aude, ex metu, ne depauperetur. Marulit gravior incommoda, quam expensas pati, & C.

308. *Est sine misericordia.*

Non habentes velamen amplectuntur lapides. Cur! quia in lapidibus plures scintillas ad se calefaciendum sperant, quam caritatis calorem in avaro. S. punct. 82. fol. 265.

Nabal totus erat lapideus, & immisericos. S. punct. 80. fol. 260.

Tartari homines inculci & feroces merito averfioni habentur: cum enim circum circa equitantes sicut aut fame stimulantur, equis suis venas incidunt, & deventem sanguinem bibunt. VV. de art. disc. font. 40. ex. 5. Quanto autem crudelius est haurire sanguinem pauperum, id quod faciunt avari.

Avaritia divitum in causa est, quod egenae pauperes. Manna cecidit, & mandatum est, ut colligeret unusquisque quantum sufficit. Quare haec cautela? rationem reddit Josephus: *ne ex cupiditate, & gustu solistae illi, qui fortiores erant, plus abibero vellent colligere, & debilitatis debito alimento privarentur*. Heumen fol. 170.

David in necessitate constitutus coameatum a divite Nabal petiit: sed iste sub-

subsidium illi negavit. Perisset certe per arma Davidis, nisi prudens ejus uxor Abigail sua liberalitate iram Davidis placasset.

Dives Epulo damnatur, quia miserus non est pauperis Lazari. Ubi nota, si perierit, qui non dedit suam. Quanto certius peribit, qui rapit aliena?

Utinam avarus commiserationem, quam indigentibus negat, saltem erga seipsum haberet? Sed neque hoc! in vita enim corpus affligi permittit propter tenacitatem, & post mortem animam indolem reddit, propter jacturam salutis! O quam libenter ibi opes omnes in pauperem profunderet, si Dei Misericordiam emere posset!

309. Continet multiplicem stultitiam.

Avarus stultescit 1. Quia non agnoscit, quid beneficii a pauperibus habeat. 2. Quia dat verba contumeliosa. 3. Quia in abundantia metuunt inopiam. S. punct. 28. fol. 265. Ecclesiasticus ait: Laborare non cessat, nec satiantur oculi ejus divitiis, nec recogitat mecum: cui laboro, & fraudo animam meam bonis. S. punct. 110. fol. 329.

Balaam ex avaritia vult maledicere populo Dei: Dalila prodit Samsonem, Nabal negat Davidi annonam, Achab affectat vineam Naboth, Giezi vendit beneficia sui Domini, Judas vendit Christum, Demetrius suscitavit persecutionem Christianorum. Sanchez 5. part. c. 9. fol. 603.

Quid stultius, quam quod magis doleat de jactura rei temporalis, quam æternæ? Deus in Veteri Lege nunquam legitur Judæis promississe æterna præmia, aut intentasse æterna supplicia, sed ordinarie tantum mentionem fecit de penis temporalibus. Quare? quia illi bonis terrenis adeo erant agglutinati, ut terram plus exlo æstimarent; ideo etiam longe sensibilibus dolebant de jactura rei temporalis, quam æternæ. Sic hodiecum fit. D. 1. 36.

Caliphus Mahometanorum Pontifex inter auri acervos volutus fame perierit. Sic & Caligula pecunie avidissimus inter immensos auri thesauros volutari solitus, iis non diu gavissus est, paulo post miserabili morte extinctus. Sic plures delirant, inter medias divitiarum famescentes, & egentes. C. Amos 9. v. 2.

Lex avaritiae difficillior est lege Christi, ait S. Augustinus, & tamen illa observatur, hæc recusatur: jubet avaritia,

ut mare transeas, & obtemperas? jubet ut ventis & procellis te committas, & morem geris! Jubet Christus ut pauperi ante ostium obolum porrigas, & repugnas! En! jugum avaritiæ durum, onus Christi leve est, & tamen durum amplectens, leve excutis! quanta stulticia! C. Amos 9. v. 2.

Stulta est avarorum vanitas, quam Siracides describit: Nam 1. Avarus frustra habet aurum, cum eo uti non audeat. 2. Magno labore illud congregat, quod heredes leviter dissipabunt. 3. Sibi nequam est, dum non audet jucundari, & frui suis bonis. 4. Si benefecerit, ignoranter & non volens facit id. 5. Est insatiabilis, nec expletur, donec consumat vitam. 6. Indiget & tristatur in mediis bonis. 7. Congregat bona tanquam semper victurus, & paulo post moritur. 8. Privat se merito elemosynæ, dum invitus relinquit sua bona heredibus. 9. Privat se honore liberalitatis, & infamat se probro avaritiæ. 10. Amittit Dei beneficentiam tam in hac quam in altera vita; Deus enim liberalis est erga liberales, & tenax erga tenaces. Præclare S. Chrysostomus ait: Avarus custos est, non Dominus pecuniarum, servus, non possessor; facilius enim alicui de propriis carnibus, quam de auro commanicaret. C. Eccli. 14. v. 3.

310. Quomodo sit superanda.

Contra avaritiam conatus ingens adhibendus est: radix omnium malorum est cupiditas: sicut ergo major labor requiritur in extirpandis radicibus, quam in steruendo trunco, aut decutendis ramis, ita major labor in eradicanda avaritia, quam aliis vitiis. Est affectus vehementissimus, igitur vinci debet per multos actus contrarios, & magnam applicationem, &c. Segn. Manna 30. Mart. num. 5.

Sequere consilium Apostoli: Habentes 1. Tim. 6. alimenta, & quibus regamur, his contenti simus. Vive secundum necessitatem, non secundum voluptatem, tuo statu contentus esto, credens, si tibi prodesset, Deum certo plus opum tibi collaturum fuisse: Inquirentes Dominum non deficient omni bono, &c. Segn. Manna 15. Junii num. 3.

Avertendus est animus a nimia cupiditate rerum temporalium: Inventor marsupii cum nullum illi torum marsupium donat, dicendo, te nihil perdidisse. Hoc planè erat prodigium. Segn. p. 3. disc. 27. n. 15.

n. 15. in fine. Vide ibi plura remedia a n. 25. & seq.

Avaritia optime compescitur meditatione mortis; dicit enim S. Aug. Avaritia compescitur, cum homo, qualis post modicum tempus in sepulcro futurus sit, considerat. C. Amos 9. v. 2.

Cogitet avarus, cælestia & terrena bona coniungi non posse: vel his, vel illis cedendum est! hinc Christus adolescenti quærenti, quomodo vitam æternam consequi posset, respondit, relinquenda esse omnia; quo auditio adolescens abiit tristis!

Avaritia est sanguisuga, semper clamans: Affert, Affert! Quid agendum? super os sanguisugæ spargendum est modicum cineris, & tunc illa a sugendo sanguine cessabit. Sic cogitet avarus, ex omnibus, quæ possidet, nil sibi superfluum, quam cinerem sepulchri! ita perdet appetitum sugendi! &c.

Divitiæ.

311. Possident, non possidentur.

S. Augustinus alioquitur avarum: Dic, qui agros magis lacrymis miserorum, quam aqua hometas, tunc Dominus es super divitiarum, aut divitiarum super te? Nihil invenerunt omnes viri divitiarum in manibus suis. Bene dicitur viri divitiarum, non divitiarum virorum, quia pecunia requiescit, avarus semper laborat, & anxius est. B. ferm. 2. n. 19. S. punct. 66. fol. 228.

Seneca ait: Divitiæ sapienti in servitute, stulto in imperio sunt. C. Gen. c. 14. v. 23.

Ælianus narrat de cane, qui mercatorem Dominum suum ad mandans euntem comitabatur: factum est, ut mercator in via busam auro plenam amitteret, canis amissam videret. Dominus post aliquot primum dies advexit jacturam, rediit, querit, & invenit busam a cane tam sedulo custoditam, ut canis paulo post fame perierit. Quid aliud factum avari: pecuniam non possident, sed custodiunt, ac perunt. D. 4. 56.

Deus habet dominium divitiarum, homo solum usufructum: Philo ait: Ne gloriam, nec divitiarum, nec honores, nec imperia, nec aliud quippiam, vel corporis, vel animi proprium possideamus, sed usufructum habemus solum. Quare hoc mundo nobis utendum est, perinde ac canes bibunt e Nilo, lambendo simul, & currendo, ne occupentur a Crocodilibus. C. Lev. 25. v. 23. & 24.

D. Claus Spicci, univers. Paris II.

312. Conceduntur a Deo ad opera Misericordie.

S. Ambrosius invehitur in avaros inquietos: Vitam populi poterat annuli tui gemma servare. S. punct. 82. fol. 267. B. ferm. 21. §. 5. & 6.

Magdalena terit pedes Jesu capillis capitis sui: capilli superfluum quid sunt: ubi Augustinus: Si habes superflua, da pauperibus, & pedes Domini teris. Brev. Fer. 2. post Dom. Palm.

Salvianus dicit nonnullos hominum a satol. Deo ditari, ut Dei opes temporarias bene utendo faciant sempiternas, & duplici bono gaudeant, cum qui divites sunt in hoc seculo, & in quoque divites mereantur in celo.

Regnum Galliarum est opulentissimum, quia Regi quatuordecim octoginta florenorum milliones importat. Et tamen tempore Regis Joannis, quando is ab Angliis captus fuit, adeo depauperatum est, ut Galli moneta coriacea parvo argenteo clavo notata pluribus annis uterentur. Quæ causa egestatis? quia Misericordia erga pauperes forsitan et regno eculabat. Vv. art. disc. Font. 43. ex. 2.

S. Augustinus ait: Omnes pauperes potuit Christus pacere quomodo per corvum Eliam pavit, tamen cum & ipsi Eliæ corvum subtraxit, ut a vidua passeretur, non Eliæ præstitit, sed viduæ. Quando ergo Deus facit pauperes, facit ut prober divites. Sicut vitis humi jacens est infructuosa, si vero elevetur & sustentetur ab ulmo, tam sibi quam ulmo fructus profert: sic pauper & pauperis sibi relicta inutilis est, si vero a divite erigatur & sustentetur tam sibi quam diviti commoda & fructifera est. Neque hic dives est propter pauperem, hic pauper propter divitem. C. Prov. 22. v. 2.

313. Sunt fluxæ, & transitorie.

Aurum dicitur arena exigua, quia perfluit sicut in cleydyra: ideo pecunia dicitur S. Augustinus ait: Non in merito, sed in fortuna signatur, quia non habet B. ferm. 14. n. 30. ser. 17. n. 24. & seq. Super maria fundavit eam, videlicet terram, & omnia mundi bona, quid mirum si instabilia sint, nixa tam labili fundamento? . punct. 65. fol. 216.

S. Bernardus ait: quid vobis cum divitiis, quæ nec verè, nec vestræ sunt? si vestræ sunt, tollite eas vobiscum. S. punct. 77. fol. 243. punct. 64. fol. 222. Y Sicut

Sicut somnium transit: ita divitiæ, & bona mundi disparent. S. p. 82, f. 266. Segn. Manna 23. Aug.

Salomon erat Regum ditissimus: ab exteris Regibus pro tributo annuatim recipiebatur sexcenta sexaginta sex auri talenta: a Rege Hiram centum viginti: a tribubus Judaorum mille quadringenta, quadraginta &c. D. 3. 30. Et tamen exclamavit Vanitas vanitatum, & omnia vanitas.

Mors ex improvviso aggreditur hominem, adeo inhiandum est thesauris caelestibus potius, quam terrenis. Paoletti Feria 4. Cinerum.

Divitiæ comparantur mari; bene enim dixit Philo: sicut affluxum maris sequitur paulo post refluxus; sic rerum caducarum affluentium sequitur mox refluxiva. C. Ex. c. 2. v. 14. Item C. Eccles. 2. v. 8.

Nobilis ab Annaberg in Misnia ex metallorum fodinis adeo ditescit, ut Principi par esset. Tandem depauperatus otiositatem mendicare coactus est. T. n. 560.

Anno jubilati revertentur bona possessa ad primævum venditorem: ita in morte transeunt ad alios. C. Lev. 25. v. 10.

314. Libentius expenduntur in vanitate, quam cultum Dei.

Mulieres in aures suas dederunt ad idolum, o quam tarde dedissent, si debuissent dare ad cultum Dei: Augustinus ait: quomodo contristatur, si quis tale quid facere jubeatur propter vitam æternam: Ecce heu! ad choreas, lusus, comœdias liberales fumus &c. S. punct. 85. fol. 272. C. Ex. 32. fol. 577.

S. Basilus ait: Tu quidem, cum aurum das, ut equum compares, animo non augetis, cum vero corruptibilia exponis, ut calorum regnum accipias, lacrymans tibi putas. S. lb. fol. 273.

In India Orientali magnifica sunt delubra pro simiis, hospitalia pro agris avibus, & animalibus, quæ immensis sumptibus curantur, & libertati restituntur. Julius Capitolinus equo suo pretiosissimum Mausolæum erigit: Adrianus canibus venaticis sepulcra adornat magnis impensis. Hortensius arbutulas vino humectat. Heliogabalus integros vini lacus portandis navibus pares fieri curat. Quantum melius tantos sumptus Dei cultui, pauperibus, aut instructioni juventutis impendissent. D. 4. 80.

Cæsus I. Nero Imperator duos exiguos calices ædificavit vitreos sex millibus festeriorum emit. Vv. art. disc. font. 19. ex. 8.

Quæterius in Anglia visus est in aula Reginae Elizabethæ gestare crepidas ita auro ornatas, ut ad 6600. aureos & amplius æstimarentur. Vv. art. disc. font. 24. Ex. 17.

Terrenæ opes non ad vanitates usurpandæ, sed Deo liberalius offerendæ sunt, quam mundo. Hunc in finem templi mensuræ omnes vulgaribus longiores fuerunt: calamus, quo Angelus mensus est, erat sex cubitorum & palmi. Quare quæ res Dei mensurantur, quæ temper liberalius tractandæ sunt. S. p. 85. f. 273.

315. Injuste parte Deo odibilis.

Quidam putant, si bona male acquisita ad causas pias applicent, rem esse salvam: verum errant! Usurarius edificavit Ecclesiam, cum autem hanc consecrare vellet Episcopus, vidit diabolum habitum Episcopali indutum, & ita se alloquens: Quare tu Ecclesiam meam consecras: mea est, quia de rapinis edificata est. Fugiente ergo Episcopo diabolum totam Ecclesiam destruxit. E. Eccles. n. 8. Castellum haud procul Bruxellis in Belgio a spectris infestatur, & fere inhabitabile redditur. Vir Religiosus conjuras spectra & ab iis edocetur, castellum in ulte possideri, ejusque dominum esse unum ex famulis domesticis, nomine Joannem. T. n. 185.

Ferdinandus Rex Neapolis invitatus a Viro Nobili, cum apud eum ingentem suppellectilis opulentiam videret, nisi suorum dixit: Hic habet multa mobilia, sed metuo ne pauca habeat stabilia. T. n. 207.

Et ipso quod opes injuste Benedictio Divina careant, tangit illas axioma, cito parte cito dilabuntur. 1. Quia ordinarie collectæ sunt per usuras, rapinas & fraudes. 2. Quia cito collectæ liberaliter expenduntur. 3. Quia sine prudentia collectæ, sine prudentia dissipantur. C. Prov. 13. v. 11.

316. Sunt bonæ, vel malæ juxta usum possidentium.

Semen Verbi Divini, quod cecidit inter spinas, illud est, quod a sollicitudinibus & curis sæculi suffocatur: ubi Theodoretus: Non dicit, quod pro divitiis suffocetur, sed pro curis divitiarum, & sollicitudinibus: non enim divitiis nocent, sed sollicitudo earum.

S. Ambrosii sententia est: Non in facultatibus crimen hæret, sed in iis, qui eas.

aut usuriant facultatibus: nam divitiæ ut impedimenta improbis, ita bonis sunt adiumenta virtutis.

Pelagianorum hæresis est, divitem non posse Dei præcepta servare, adeoque si salvari velit, necesse esse, ut divitiis se abdicet, sicutque pauper. Hic ipse articulus Pelagii damnatus est in Conc. Drosp. Divites Baptizatos, nisi omnibus renuntient, non posse habere regnum Dei. Contrarium ergo docet Siracides, divitem in divitiis posse salvari, si habeat tres conditiones, quarum 1. est, ut sit sine macula, id est sine peccato, observando legem Dei, prout fecerunt Abraham, Isaac, Jacob, Job, & alii. 2. Ut sit, qui post aurum non abiit, juxta illud, quærite primum regnum Dei &c. 3. Nec speravit in pecunie thesauris. Qui spem suam in Deum, non in divitiis conjicit, non sperat in thesauris &c. qui vero plus in divitiis, quam Deo sperat, de illo enuntiat Veritas: Facilius est Camelum per foramen ægis transire, quam divitem intrare in regnum calorum. C. Eccles. 31. v. 8.

Divitiæ participant bonitatem vel malitiam ex qualitate possidentis: Melius est parum cum iustitia, quam multi fructus cum iniquitate. Id est 1. Satis est parvas opes ex iusto labore colligere, quam multas ex iniusto, v. g. per usuras & fraudes. 2. Satis est modicum cum vita iusta, quam multum cum iniusta & iniqua. 3. Felicius vivit iustus, Deo disponente cum modico, quam iniquus ex multo. C. Prov. 16. v. 8.

Ægyptius ex eodem flumine sanguinem haurit, ex quo Israelita aquam: ita divitiæ juxta diversitatem manuum vel sanguis sunt, vel refrigerium: Ambrosius in illud: Ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus: Dicit, inquit, non in facultatibus crimen hæret, sed in iis, qui uti nesciunt: Sicut impedimenta improbis, ita bonis sunt adiumenta virtutis. S. punct. 77. fol. 243.

Chryostomus querit: Nuncquid divitiæ per se criminose sunt? & responderet, quod non, sed tantum ex usu &c. S. p. 77. fol. 244.

Abfalon in capillis ad poenam suspensus, & Habæuc capillis ad meritum delatus est: capilli sunt superflua divitiarum: Ecce igitur disparatus divitiis vel meritorius, vel damnabilis reddit. S. punct. 85. fol. 273. Multi Sancti sunt divites. Segn. Manna 23. Aug. n. 3.

Duo ligna contemplantur in terra abscondita, primum v. g. palus, alterum

radix arborum: illud computrescit, non istud: Quare? quia istud vivit, non illud. Ita qui vivit per Dei gratiam a divitiarum putredine non afficitur, bene vero qui vitæ gratia caret &c.

Appetentes pecuniam erraverunt a fide. 1. Tim. 6. Non dicitur possidentes, sed appetentes, quia non est malum in possessione, sed in cupiditate.

Nihil est iniquius, quam amare pecuniam. En dicitur: amare, possessio autem potest esse occasio multorum bonorum, si videlicet distribuatur in egenos &c. Segn. Manna 30. Martii n. 3.

Dæmon enormiter mentitus est, dum Christo Domino persuadere voluit divitiis sæculi suas esse, seque illas pro libitu suis adoratoribus donare posse: similiter turpissime hallucinati sunt illi hæretici, qui docuerunt divitiis a malo dæmone venire: Non est ita! Deus largitor est divitiarum, quæ ex se mala non sunt, sed ex malo usu malæ sunt. P. p. 2. disc. 14. n. 2.

Piscis Polypus rubeus, & insulis in mari adheret, atque omnem colorem rubeum, cui se acclinat, induit, viridem, album, nigrum, alioque. Sic divitiæ se habent pro diversitate possidentis: si ille bona conscientia abus fit, abscedunt contra Deo, si ille niger sit, nigrescunt. Servire possunt, prout vis, ad cælum, aut ad infernum.

317. Sunt nutrimentum scelerum.

Raro inveniuntur divitiæ conjunctæ cum pietate: hinc comparantur spinis; quia, ait Didacus Stella, sicut spinæ suapte naturæ sunt latibulum omnium veripulum venenatorum: ita divitiæ sunt vitiorum receptaculum & sedes.

Latomus, quod duro labore lucrabatur, in pauperes expendebat: igitur rogavit Eremita pro eo Deum, ut illum divitiis augetet, se velle fidei jubeere, quod divitiis bene fit usus. Verum contra accidit: nam latomus invento thesauro ditatus in bellum abiit, oppressor pauperum factus. Vocatus ergo Eremita ad tribunal Dei, & poenas subire iussus, rogavit, impetravitque, ut ad pauperem reditus latomus ad frugem redierit. E. Dicitur n. 3.

Quia tam periculosa sunt divitiæ, Sancti Patres tot regulas prescribunt divitiis, quomodo salvari possint: S. Paulus Apostolus vult t. ut in suis opibus spem suam non deficiant. 2. Ut bona opera operentur, & luxum fugiant. 3. Ut sperent unicuique in Deo. 4. Ut bonorum operum:

merita sibi accumulunt. 5. Ut faciles sint ad largiendas elemosinas. 6. Ut mortales se agnoscant, & non meliores pauperibus &c. Id nisi caute fecerint, aut contrarium fecerint, in varia seclera prolabentur, & peribunt. C. 1. Tim. c. 6. v. 18. Divitiæ vocantur *densum lutum*, quia iniuste acquisite animam conspurcant, aggravant, & detrahunt in gehennam. S. Greg. ait: *Anaro contra se densum lutum aggravare, est terrena sacra cum pondere peccati cumulare.* C. Habac. c. 2. v. 6.

318. Turbant pacem animi.

Pauper opifex quotidie in sua officina usque in seram noctem inter labores cantabat, & lætatur. Id videns dives penes ipsum habitans crumenam auri in domum ejus clam iniecit, & ecce! pauper sollicitus, ne aurum furto perderet, diu nocteque cogitabat, ubi illud tuto recondere deberet. Videns itaque dives illum amissæ lætitiæ animi repetiit suam pecuniam, & ille iterum lætari cepit. E. *Dives* n. 2.

Aristoteles ait, divitiis obesse contemplationi ac proin summæ felicitati, certe quod turbant animi quietem, omnes experiantur. Anacreon duobus talentis a Polycrete Samio donatus, cum duas noctes somnum capere non posset, anxius, ubi pecuniam tuto reponere posset, ea donatori remisit, addens, non tanti ea a se fieri, quantum sibi ab iis molestiæ proveniret. Plutarchus ait, Divitiis hominem a nullo malo liberari, & ne quidem a sui cupiditate. C. Eccli. 31. v. 6.

Beatus dicitur, qui post aurum non abiit. Quare? 1. Quia integer & inculpatus, bona enim conscientia, & iustitia est beatitudo hujus vite. 2. Quia magnum, & rarum Dei donum est, divitiis cor non apponere, ut iis dominetur quasi heres, non serviat quasi famulus. 3. Quia talis licet sit dives censu, pauper tamen est spiritu, cum tamen paupertas prima sit perfectio Evangelica. C. Eccli. 31. v. 8.

S. Bernardus ait: *Nolite amare ea, quæ amara inquantur, possessa onerant, amissa cruciantur.* C. Habac. 2. v. 6.

319. Magis nonnequam amantur, quam bona æterna.

Deus exprobravit Epuloni suam stultitiam, quia bona terrena plus curabat quam animam: & quam poenam illi didicavit, nempe istam: *Duc parasti, curus erunt?* cur non infernum illi comminatus est!

quia homines isti sensuales minus curant infernum, quam iustitiam honorum: si illis intentetur gehenna, effrones dicunt: Deus faciat, quidquid velit, nulli ero solus &c. sed cum audiunt eorum opes male perituras, tunc dolent. O summam dementiam! Segn. *Manna* 16. Martii n. 3.

Omnis reatus peccati in eo consistit, quod creatura magis amatur Deo: sic etiam amor divitiarum fit peccaminosus, dicitur S. Bonaventura: *Creatura non ob aliud periculosa est amatori, nisi quia præponitur creatori.*

Mercator in Belgio morbidus & morti proximus in hortum se deportari jubet, & ibi versus cælum clamat! O Deus nunquam a te cælum petii, cur mihi terram invides? blasphema vox! T. n. 202.

Dux Albanus insigni victoria in Germania potitus, cum Galliam transiens Franciscum Regem salutaret, ab eo interrogatus, verumne esset, quod eo in prælio duo soles in cælo comparuissent, respondit, se eo tempore ita fuisse occupatum in terris, ut non adverteret, quæ agerentur in cælis. Sic multi immeriti sunt terrenis, ut non respiciant ad cælestia. T. n. 371.

320. Admirando assueti possidentur.

Salomon ab exteris Regibus pro tributo annuatim recipiebat sexcenta sexaginta sex auri talenta: a Rege Hiram centum viginti. A tribubus Judæorum mille quadringenta quadraginta &c. D. 3. 30.

Reges Persiæ tantis assuebant divitiis, ut in singulari cubiculo posita fuerint quinquies mille talenta auri, qui thesaurus vocari solebat, pulvinar Regis. In alio cubiculo collocata erant ter mille talenta, & hæc dicebantur Regis scabellum. Romanorum annui reditus asurgebant ad septuaginta quinquies millia talentorum, id quod facit nostræ monetæ sexcentos miliones. D. 4. 8.

Reges Persiarum immensos auri argentique thesauros possident: In cubiculo Regis super quinquies læticias quinquies mille talentorum aservabantur, quæ dicebantur pulvinar Regis. Thesauri, quos a victo Dario retulit Alexander Magnus, sunt indicibilis pretii &c. D. 12. 64. C. Dan. 2. v. 39.

Pythius Regem Xerxem una cum toto suo exercitu, qui ex duobus millionibus & ultra constabat, invitavit, eique ad bellicam expeditionem pecunias offert. D. 12. 82. Craesus univique ex Romano

S. Bonav.
ser. 2. in
Dum. 3.
Ephib.

populo triginta argenteos donat, totique populo convivium parat. D. 12. 82.

Divitiæ Salomonis colligi possunt ex eo 1. Quia singulariter fuerunt a Deo promissæ. 2. Quia David Pater ejus pro fabrica templi reliquerit ei mille millia talentorum argenti, & auri centum millia talenta, quod Salomon censet confestim 2672. miliones. 3. Ex opibus, quas ipsi debebant naves ex Tharsis & Ophir. 4. Ex tributis, vestigialibus & donis; nam Hiram dedit ei centum viginti talenta: plura adhuc tribus Israel &c. C. Eccli. 2. v. 8. Vide Titulum: Magnates, Principes &c.

321. Contemnuntur a bonis Christianis.

Vir quidam invento sacculo ducentorum aureorum id promulgari fecit, ut in Dominum inquireret. Venit Dominus, & probationem faciens, aureos suos esse, illos recepit. Voluit autem inventori viginti aureorum congiarium facere. At ille non recepit. Obtulit decem: non accepit. Obtulit quinque, non accepit. Demum indignatus Dominus, si nihil accipias, aiebat, egonihil perdidisti, & totum sacculum illi projecit: inventor autem in pauperes distribuit. E. *Restitutus* n. 1.

Utopienfes aurum & margaritas vilipendunt, usque solum servos & pueros orandos esse putant. Cum ergo legati ad eos venissent, auro & gemmis graves, putarunt Utopienfes, legatos esse moriores aut nebulones, famulos autem eorum habuerunt pro Dominis. T. 221.

Constantinus Braganza Archibasilus Lusitanie expugnavit Insulam Zeilam, ibique exspoliavit delubrum, in quo dens Simiæ Divinis honoribus colebatur, ipsumque dentem secum Goam avexit. Missi sunt a barbaris legati, qui pro dente tercentena millia thalerorum obtulerunt. Verum Constantinus detestatus est lucrum, quod sine impietate obtineri non posset. Dentem in pulverem comminuit & combussit. R. cent. 3. p. 2. mir. 28.

Homines sancti habuerunt animum ab omni re temporali liberum, & prorsus indifferenter. S. Macarius furem, qui cellulam suam exspoliabat, in onerando Camelo adjuvat. R. 1. p. mir. 22.

S. Carolus Borromæus quadraginta aureorum millia, quæ ex vendito Uritano principatu redegerat, una die in pauperes distribuit. Nihil novi est in vitis prætorum, quod paupertatem divitiis præhabentes, integra regna, coronas, & o-

puentissimas hereditates pro Deo reliquerint. Vide Tit. *Paupertas Religiosa.*

322. Sunt casus discordiarum.

Venit quis ad Christum rogans: *Margiflor, dicit fratri meo, ut dividat mecum hereditatem:* Reponit Christus: *Quis me constituit iudicem inter te, & fratrem?* Cur Christus recusavit dividere hereditatem? Respondeo, quia diffidillimum est salva fratrum concordia hereditatem componere. S. pundi. 111. fol. 332.

Frater invidit vitulum saginatum fratri reduci: Filius Nabuchodonosoris exhumavit Patrem, & vulturibus projecit, ne denno ad thronum, ut antea, resurgeret. Absalon Patrem persequitur propter regnum. S. p. 111. fol. 332.

Mars præsumptum auro plenum, quod in prælio prædam fecerat, in conventum Deorum attulit, & statim contentio inter eos coorta est, cui ex ipsis competeret administratio thesauri? Jupiterur animos mitigaret, & pacem restauraret, aurum dedit Neptuno, ut illud in profundum maris demergeret. Ecce! collisus fuit Nerei & Syrenes, dispartans ad quem pertinere præsumptum! Neptunus igitur illud tradidit Vulcanus, mandans ut in ignem concineret, & contendebant invicem Cyclopes, & malleis, ac forcipibus contra se invicem pugnant. Ubique aurum fuscitavit discordias! Fabula hæc est, sed revera fit in mundo! unde bella inter principes nisi propter regna & coronas? unde inter fratres, forores, & cognatos invidiæ, nisi propter hereditates & divisiones honorum? unde lites, insidiæ, duella, homicidia, prædationes nisi propter divitiis? &c.

323. Sunt res vilis & contemptibilis.

Christus de industria cæco illi visum reddidit per lutum, ut per lutum omnia illi lucea apparent, ait Irenæus. S. p. 125. fol. 390.

Cum classis Hispanica Anno 1566. in Americam navigans, vi tempestatum in terram Floridam ejecta esset, Hispani immensam pecuniarum summam in litus exposuerunt, & barbaris adventantibus obtulerunt: illi autem neglecto auro saccos obtulerunt, illorum texturam admirantes. Sic demum pecunia quinquies mensibus in litore inobservata jacuit, donec iussu gubernatoris aptorata fuit, a nemine unquam læta aut diminuta. D. 1. 19.

Calvus 1. de hinc. Nero Imperator vitrum auro pratulit & duos calices vitreos sex millibus festentiorum coemit. Vv. art. disc. font. 19. ex. 3.

Divitiz sunt res vilis coipso, quia a Deo peccatoribus etiam sceleratissimis conceduntur; sic constat, quod infideles secundissimas, & distillimas regiones possideant. Ut de solis Hollandis loquatur; illi tantum ex butyro & caseo in exteras regiones dividendo, annuatim decies centena aureorum millia conficiunt. Vv. art. disc. font. 36. ex. 3. Captura halecum, & asellorum quotannis tres miliones importat. Vv. art. disc. font. 36. ex. 1.

Divitiz comparantur sceno: *Quoniam sicut flos savi transibit.* 1. Quia sicut herba viridis a sole cito siccatur; ita divitum opes transeunt, & evanescent. 2. Sicut herba, cum siccatur, amarefcit; ita ubi divitis gloria transierit, amara est ejus mensura. 3. Sicut sol suo vitu florem arefacit; ita incendium, rapina, naufragium subito auferit diviti opes, & suam gloriam &c. C. Jac. 1. v. 10.

Contemnentur sunt opes, quia vita est brevis, quia aurum non est nisi terrea massa semper in terra mansura, & quia post mortem nos non comitatur. C. 1. Tim. 6. v. 7.

324. Ambiantur avido, sed inepte.

S. Joannes vidit bestiam septicornem, & supra eam mulierem cum aureo poculo in manu, circa quam sedebant reges, & principes: qui fieri potest, ut torribundi ex uno calice bibant? vix stilla uni cedit: & hæc stilla, quanto labore constat? S. p. 65. f. 223. p. 74. f. 238.

Divitiz comparantur spinis, quæ pungunt, & quo tenacius ferres, eo magis pungunt. M. conc. 24. aff. 2. n. 10.

Quantum affligant divitiz in morte? ait enim Augustinus: Non amittitur sine dolore, quod cum amore possidetur. S. punct. 128. fol. 399.

Spinae sunt divitiz, ait Card. Hugo: pungunt per laborem dum acquiruntur: pungunt per dolorem dum possidentur: pungunt per dolorem dum amittuntur.

Pulcherrima est sententia S. Augustini: *Omnis terrena possessio supplicium est cupiditatis, ut in ipsi bonis crucietur animus, cui visat, qui ea largitur.*

Vanitas divitiarum patet ex quinque causis. 1. Quia aurum & argentum non sunt nisi terra rubia & alba, cui sola ho-

S. Aug. 1. 1. de serm. Dom. in mont. r. 3. Cardem. Hugo in p. 31.

S. Aug. serm. 12. de divers.

minum æstimatio dat pretium. 2. Quia mille curis, timoribus & angoribus divitem cruciant. 3. Quia cupiditatem augent, non satiant. 4. Quia gula, luxuria, superbiz, aliorumque scelerum sunt occasio & stimulus, uti Salomoni fuerunt. 5. Quia hominem periculo mortis præsentis, & æternæ exponunt. C. Eccl. c. 2. v. 8. in fine.

Dormierunt somnum suum omnes Viri divitiarum, & nihil invenerunt in manibus suis. Nunc Viri divitiarum arduissimis manibus concludunt, at cum somnum mortis dormire inciperint, aut portus cum a vite hujus somni in morte evigilaverint, nihil ex omnibus divitis invenient in manibus suis!

Asinus cum in stabulo vidit equum optima avena pasci, sibi autem sterilem paleam in pabulum dari, tristatus est. Aliquando cum equus superbe ornaretur, & a fessore milite in campum educeretur, asinus curioso exploraturus, quid rei futuram sit, subsecutus est, viditque militem, & equum pugnare contra hostes, sed infeliciter, miles enim simul & equus globis trajecti ceciderunt in arena. Hoc viso asinus ad stabulum suum reverfus contentissime cum palea sua vixit &c.

Pecunia.

325. Multa mala causas.

Mundus forum est, ubi omnia venduntur: datur non bene merenti, sed plus offerenti: non digniori, sed ditiori. M. conc. 24. aff. 2. n. 12.

O aurum, exclamat Constantinus Historicus, tu leges frangis, jus fas protegris, honorem & verecundiam fugas, omnia prodis, omnia venalia habes &c. D. 7. 100.

In toto Abyssinæ regno nullus est pecunia usus, sed res ipsæ invicem commutantur, citra dubium ideo, quia pecunia multa mala causat, ut furti, homicidia, latrocinia &c. Vv. art. disc. font. 40. ex. 6.

Tantas ineptias ac absurditates post se trahit cupiditas pecunie, ut talem indignum censet S. Petrus Damiani, qui ad Prælaturas promovetur, ordinarie tales sunt stupidi & indocti, hinc antiquitus lignei aut faxei Mercurii vocabantur. C. Prov. 26. v. 8. ad fin.

Sitis divitiarum multorum animos ita instupidat, ut pecunias præ sapientia quantant, id quod detestatur Sapiens ubi dicit:

ait: *Melior est sapientia cunctis opibus.* C. Prov. 8. v. 10.

Pecunia omnia evincit, fas & nefas, corrumpit animos sapientum & insipientum; hinc gentiles pecuniam vocantur Jovem, eo quod Jupiter pecunia, & per illam rebus omnibus dominetur. C. Eccl. 10. v. 9.

Pecunia justitiam corrumpit, pervertit etiam corda regum, ut propter aurum divitem præferant pauperi, se pro divite sententiam, licet iniquam contra pauperem proferant: quanto magis pecunia pervertet corda testium, & iudicum, ut contra æquitatem pronuntient? C. Eccl. 8. v. 3.

Nullum propugnaculum tam munitum, quod auro non expugnatur. Unde Chilo recte dixit: *Aurum cotibus expugnari, mentes hominum auro.* C. Nu. 22. v. 7.

326. Quando incaperit cudi, & signari.

Prisci Judæi, & Romani rudem massam auri, & argenti vice pretii adhibebant: postea etiam signarunt, & consularum pecuniam signatam. Plinius ait, Romanos primo argento signato uti coepisse post Pyrrham dejectum, quod fuit anno urbis 585. ideoque ante primum bellum Punicum: aureum deinde nummum post annos 62. usum fuisse. C. Ex. 30. v. 13.

S. Steph. Ast. 7. ait, Jacobum agrum prope Sichem emisse pretio argenti: Scriptura autem Gen. 33. affirmat, Jacobum emisse procentum agnis. Quomodo hæc concordant? nimirum nummi primitus notabantur figura pecudum, hinc nomen pecuniz. Potest ergo dici Jacobum emisse pro centum nummis figura agni signatis, uti testatur Plutarchus: unde patet usum pecuniz iam tempore Jacobi forsitan fuisse. C. Gen. 33. v. 19. Item Prov. 27. v. 24. Item Eccl. 14. v. 3.

Ducentis & bis millenis circiter annis post mundi Genesim tum Chananei tum Babylonii sub Assyriorum & Chaldaeorum Monarchis, item Philistæi aureos, argenteosque nummos euderunt. Ita Script. h. 1. Moyf. c. 13. 20. & 23.

Monarchia Romani Imperii initio nummos non habuit, sed commercia rerum commutatione fecit. Tandem Servius Tullius VI. anno mundi 3394. nummos ex cupro seu ære formare cepit: unde nomina *æs*, & *ararium*. Saeculo tertio Germani pecuniam eudere ceperunt. Saeculo quarto Sævi pecunias effligem Mercurii, quem Deum adorasse dicuntur, imprefserunt.

Nummi fortiti sunt nomen a Numa Pompilio secundo rege Romano, qui eos primo apud Latinos imaginibus notavit, & titulo nominis sui præscripsit. Dicitur *Moneta* quod moneret homines, quo pretio, & quo auctore cusi sint. C. Prov. 10. v. 2.

Pecunia dicitur a pecore, quia ovis aut bovis figura fuit signata &c. C. Eccl. 14. v. 3.

327. Mire contemnitur a sanctis & sapientibus.

Indi in terra Florida non acceptant pecunias ab Hispanis oblatas, & loco harum mirantur saccos, quorum texturam plus auro æstimant. Quin imo rident Hispanos, quod illos vendunt aurum asportare &c. D. 1. 19.

Mediolani inventor bursa, non solum intactam reddidit Domino, sed congiarium violenter illi obstruam confestim in pauperes elargitur. Tamerlanus videt rusticum in eruento domo occupatum: jubet ibi unam vel alteram monetam spectandam afferri: rusticus desperabat de possessione thesauri, at Tamerlanus in tentes monetam, in hoc metallo, ajebat, non invento clypton meorum progenitorum: igitur tuum est omne. His dictis restituit rusticus totum thesaurum. D. 2. 18. D. 10. 74.

Sapientes contemnitur loquuntur de pecunia. Seneca ait: Pecuniz imperare oportet, non servire. Pecunia, iustitias, ancilla est, si nefas, Domina est. Pecunia non satiat avarum, sed iritat. Quæ sunt maxima divitiz? non desiderare divitias. Quis plurimum habet? qui minimum cupit. Inopiz pauca desunt, avaritiz omnia &c. C. Eccl. 14. v. 3.

S. Franciscus de Paula oblatum a Rege auri thesaurum ne oculo quidem, multo minus manu dignatus est. Monetam argenteam inspectantem Rege mediam distregit, ex qua sanguis effluxit. Monere hoc facto regem voluit tyrannidis erga subditos, & emunctiones usque ad sanguinem.

Phocio, cum ad eum Alexander centum auri talenta misisset, rogavit, cur inter Athenienses ad se solum hæc mitteret Alexander? responderunt Legati: quod eum probum putaret. Tum Phocio: Sinat ergo me probum esse; totamque pecuniam remisit. S. Antonius ingenti auri massa in itinere confecta, confestim quasi incendium refugeret, in

montem fe proripuit. Abbas Pambo trecentas auri libras a Melania sibi oblatas repudiavit. B. Barlaam ajebat, quia pecuniam exitiosam esse scio, nec socios, nec metalibus laqueis implicabo. S. Franciscus vidit ex crumena reperta in via serpente prodiere, tum fratribus dixit: Ecce! famulis Dei pecunia nihil aliud est, quam venenosus serpens &c. C. Nu. 22. v. 7. in fine.

Immisericordia in pauperes.

328. *Est causa sterilitatis & pauperatis.*

Quoddam Monasterium locuples depauperatur: tunc angelus in veste peregrini ad portam venit, dicens se probe callere causam depauperationis: duos fratres fuisse in hoc monasterio, unum fuisse dimissum, & alterum dein ultro abisse: quos uterque respondit: primum fratrem vocari: *dote*, & alterum: *Dabitur vobis* &c. Unum sine altero esse non posse. B. ferm. 63. n. 15. &c.

Nautæ mendico stipem roganti, respondens, se nihil vehere præter lapides: & ecce! confectum omnes panes conversi sunt in lapides. B. ser. 63. n. 18. Sanch. 6. p. c. 4. fol. 713.

Dives Epulo, quia pauca dare noluit, ait Augustinus, in inferno ad petenda minima pervenit. S. punct. 80. fol. 260.

S. Severinus admonet populum, ut e gentibus succurreret, hoc dum facere moniti negligit, irrupere ehnicæ milites, qui omnes fortunas civibus diripiunt. Sanch. 6. p. c. 4. fol. 713.

Quidam cum rogaretur, ut aquam siccitibus fratribus necessariam suo camelo ad Monasterium portari permitteret, negavit id obsequii genus facere, ne camelum supra vires gravaret. Illi ergo aquam manibus portabant, & ecce! camelus divitis subito extinctus sorsit. E. Verb. *Caritas* n. 5.

329. *Pauisus a Deo gravissime.*

David obfensus a Saule misit decem milites ad Nabal pro annona: Nabal nec suum panis dedit: quo factus Deus ita indignatus est, ut intra decem dies Nabal contabuerit, & factus est quasi lapis. Cur intra decem dies? Resp. Lyranus, quia tot famulos milites crudeliter depulit. S. p. 130. f. 260.

Sodomorum peccatum aggravatum est nimis: quare? *Manum egeno, & pauperi non porrigebant.* B. ferm. 73. n. 16.

Abbas Theodosius præcepit annuatim certam quantitatem frumenti in pauperes distributi: tempore caritatis nihil fuit distributum, & ecce! frumentum omne in monasterio computruis, ita ut inutilis in usus humanos abjici deberit. Sanch. 5. p. c. 5. fol. 487.

Advocatus quidam tempore caritatis, ut pauperum ante fores clamantium voces non audiret, in interiori cubiculum se recepit iniquus, sed non posse audire latratus horum eorum. Sed mox adfuit nuntius a Deo missus, qui eum ad Divinum tribunal citavit, & agrotare cepit advocatus & sine sacramentis continuo mortuus est. E. Verbo Advocatus n. 5.

S. Vvilibordus in Frisia Evangelicam vitam itinerans, & in campo iuxta viam equos pacens, ab homine divite abire jussus & injuratus est. Verum dives ille intolerabili siti exarscere cepit, nec remedium sibi latendæ invenit, donec S. Vvilibordus in itinere redux illi supplicanti ex suo calice potum præbuit. E. *Maledicere*. 3.

Civitas luxuriæ & immisericordie dedita pauperes omnes repulit: venit ad portam Angelus specie miseri & agrotantis peregrini, a nemine receptus & cibo confortatus est nisi a consule. Haic revelavit, totam urbem flammis comburendam, ipsius vero domum conservandam esse. Ridebant ad hoc incolæ, vesperi autem terribilis tempestas exorta totam civitatem, excepta consulis domo, exussit. E. *Misericordia in paup.* n. 18.

Antistes liberalissimus ad suasionem amicorum sit parcus, & statim infirmari, valetudinemque magis ac magis amittere cepit, donec demum e vita decisset: ex amicis suavoribus nemo triennio supervixit. J. 2.

330. *Non habet excusationem.*

Dic quæso, an raptores aut homicidæ suam malitiam coram Deo aut hominibus excusare possunt? Minime vero! jam audi S. Thomam de Villanova. *Qui a S. Th. de Villanova. ser. de B. Mart.* bundaverit, indignitatem penitentiæ suppleat: si non supplet, raptor & homicida est, quia non parvisti, occidisti, que non desisti, rapuisti. B. ser. 23. n. 38. & 42. Item ser. 24. n. 34. Item ser. 23. n. 36.

Quot menses aut annos potuisset pauper vivere solum ex iis, quæ vana mulier ex collo, & humeris portat. B. ser. 41. n. 27. Item ferm. 73. n. 16.

Dicunt avari, se nihil habere; interim habent ad lusum, ad luxum, ad vanam suppellectilem: Caligula ad ædificandos

dos muros dixit se nihil habere, & eadem die rooo, festertius dedit ad vestem alicujus pellicis. Mulieres Israelitæ monilia dedere Aaroni ad conflandum idolum: O si debuissent dare ad obsequium Dei, certe dixissent se nihil habere. B. ferm. 24. n. 27. 28.

Judas unguentum Magdalene trecentis denariis æstimat, & Christum triginta: ita avari pro suis vanitatibus multa expendunt, pro Christo nec obolum. B. ferm. 24. n. 30. ferm. 41. n. 27. ferm. 63. §. 5. ferm. 73. n. 18. & seq.

331. *Frustra excusatur per hoc: Non possum.*

Eccl. 15. Spiritus Sanctus ait: *Odioit anima mea divitem mendacem: S. Aug. hic. Dives mendax est, quia in bis, que ad Deum pertinent toties dicit: non possum.* B. ferm. 73. num. 18.

Si non potes: cur ergo potes ad vanitatem, ad delectationem? Petrus in monte Tabor pro Elia, & Moysæ tabernaculum quidem edificare voluit, sed Joannis, & Jacobi obitus est: ita habes quidem ad hospitandos nobiles, & magnos, non vero ad pauperes. B. ferm. 73. n. 19.

Balthazar tantum optimates, non vero pauperes convivio excepit. B. ferm. 73. n. 20. & seq.

Populus Israel habuit armillas ad conflandum vitulum, si debuisset dare ad bonum opus, omnes se excusassent. B. ferm. 73. n. 24.

Sæpe avari plus canes venaticos, quam pauperes alit: Amadæus dux Sabaudie pauperes vocat suos canes venaticos, quibus calum venari speraret. C. Exod. 25. v. 23. ad finem.

In India Orientali delubrum est simiarum septingentis columnis magnifice extructum. Præterea hospitalia pro agrotis volucibus, & animalibus: hæc immensis impensis undiqus conquirunt, sanant, & in libertatem afferunt: cum tamen Patrem, amicos, & quosvis homines agros sub dio doloribus interire sinant, &c. D. 4. 80.

332. *Perdit celestem benedictionem.*

Episcopus Troylus postquam S. Joanni Eleemofynario triginta libras auri pauperibus distribuit, facti peccitens sevit, & S. Joannes illi pecuniam restituit: Nostri videt Episcopus insigne palatium, cuius aaræ portæ inscriptum erat: *eterna man-*

fo Troylis. Dum lætatur, venit famulus, delet verba illa, & substituit ista, eterna mansio, quam Joannes eleemofynarius a Troylis Episcopo emittit. Evigilans restituit, & factus est insignis pauperum patronus. Sanchez 6. part. c. 4. fol. 713.

Senator dives pretiosum castrum in via publica ædificavit, ab ejus aditu autem pauperes omnes exclusos voluit, divites vero & nobiles admitti jussit. Quondam raptus est ad visionem judicis, auditique a judice, quia tu mihi castrum tuum claudis, ideo tibi calum oclusum volo. Perisset miser, nisi apud B. V. auxilium invenisset, quæ ipsum interrogavit, an pauperibus castrum suum aperire vellet? affirmavit ille, & deinceps factus pauperum adiutor salutem invenit. E. *Misericordia in paup.* n. 17.

Prælati quidam in jejuniu austeras omni caræ abstinent, erga subditos tamen immisericos illos multis exactioibus depæculavit: cum aliquando viduæ hereditatem eriperet, venit illa ad Prælatum duos filios in brachiis gestans, atque: tu quidem a carnis pecorum agnibus, carnes autem hominum devoras, abs hos duos filios meos comede & sanguinem illorum bibe &c. Territus hie verbis Prælatus erga subditos factus est misericordior. E. verbo abstinentia ex. 14.

Injustitiæ ac Fraudulentæ in Officio, contractibus, &c.

333. *Sunt frequentes in omni statu.*

Judex protrahit litem, ut emungat crumenas pauperis & suam faginet. Mercator ultra dimidium merces vendit. Alius frumentum accumulat, ut carius vendat. Alius debita non solvit. Alius mercedem subtrahit, &c. B. Sermon. 38. n. 46. M. conc. 24. ass. 2. n. 12.

Atque in hoc fenit verum est essatum Gellii, dicentis: *Privatorum fures in negotiis, & compediunt statem agunt, publici in auro & purpura visuntur.* D. 7. 17.

Quas fraudulentias, exceptiones, tergiverfationes, morosi debitores faciunt, fute deserbit Ecclesiasticus. Multi quæ inventionem altimaverunt scienus, & præstiterunt molestiam his, qui se adjuverunt: donec accipiant ofensularem manus dantis, & in promissionibus humiliter voeem, & in tempore redditionis postulare tempus, & loquetur verba tædii & murmurationis, &c. D. 9. 68.

Publicani ex officio debebant exercitui

nij providere de frumento & annona: isti ergo saepe naves onerabant variis quilibet, & cum nautis conventionem faciebant, ut naufragium procurarent, dein de damno tanquam de perditis navibus frumentariis querebantur, ita ut damnum illis ex arario publico compensaretur. D. 10. 50.

Plane instar miraculi habendum est, quod Josue, cum tribubus Israel terram Chanan dividere, viliissimum locum, nempe urbe Thamnathara, quæ inter insanos montes abjectæ, sibi reservavit. Nunc cum partitio est in testamentis, in donis, in dotibus quilibet affectat optimam partem &c. D. 12. 22.

Quid frequentius, & quid turpius quam monopoliâ tempore necessitatis, coaccervant frumenta, ut pretium illorum augetur. Cur ad fraudem convertis naturæ indulgentiam, ait S. Ambrosius, cur affectus incipiam latrocinium hoc, an sanus appelles? lucrum tuum damnum publicum est? Joseph Sanctus omnibus aperuit horrea, non clausit. C. Amos 8. v. 5.

334. Sunt odibiles coram Deo.

In Veteri Testamento prohibuitur erat Judæis: Non fœneraberis fratri tuo ad usuram... sed alieno. Quanto ergo magis damnabile erit coram Deo, si Christianus Christianum fallacis, & usuris decipiat? Queris, quomodo Deus licentiam dare poterit fœnerationis contra alienum: sed alieno. Resp. Quia Dominus est omnium bonorum; sic contulit Israelitis jus ad vasa aurea, & argentea, quæ ex Ægypto asportaverant, &c. D. 9. 60.

S. Volfoldus Parochius singulis nobilibus ad matutinum cantandum ibat, janua templi miraculose aperta: aliquando montem ascendens palum & sepe extraxit, & hoc leve damnum oblitit, quominus Ecclesie illi deinceps fuit referata, donec penitentiam egit. In Vita.

Quamquam autem omnes indiscriminatum peccent per inusta lucra, nihilominus abominabiliora ea sunt in iis Christianis, qui satis bene fortunati ditati sunt. S. Franciscus lupum; qui gregibus infestus erat, circumat, & cum eo in urbem ducto pactum facit, ut a rapinis abstineret, vicissim se illi nutrimenta appromittere. Ad stipulatus est lupus paci fecit, & deinceps in urbe liber circumibat, ac nutrebat. Ponamus, quod non obstante hac provisione rapinas fecisset, nonne merito morte fuisset multatus? Ita

etiam Christianus, cui Deus abunde providit, per injustitias gravissimam Deum iram meretur. R. 2. cent. 1. p. m. 29.

Id etiam legitur de S. Abbate Tornello, qui lupum amanter nutritive lege, ut a rapinis abstineret, & revera abstinuit lupus. R. 1. cent. 2. par. mir. 19.

Stellio reprobat a Deo tanquam animal immundum; quia significat hominem fraudulentum. Cutem enim, quam quotannis exuit, consellum devorat, ut crispit homini presentissimum morbi eorumque remedium. C. Levit. 11. v. 39. fol. 666.

Ananias & Saphira, ligati voto pauperatis, quia de pretio agri sacrilege defraudarunt, repentina morte puniuntur. C. Act. 5. v. 2.

335. Sunt fugiende amore iustitiæ.

Quoniam filii Iacob in faccis suis una cum frumento, quod ex Ægypto auferant, etiam pecunias retulerunt, iustitiam vice Jacob, ut duplicatum pretium secum fumerent, ne forte error in rationibus interveniat. Sanch. 6. par. c. 7. f. 772.

Multi in venditione fraudes, mendacia, ac juramenta usurpant perperam: ideo S. Epiphanius quoties aliquod emerat statim petium prestabat, sine licitatione, ne ansam daret multis fallacibus, & fallacis. Sanch. 6. par. c. 7. f. 772.

S. Sabinus Episcopus, cum fluvius Padus illi agros devastaret, per notarium illi denunciari iussit, ut statim se in alveum suum reciperet. Recepit se fluvius, nec deinceps cum damno agrorum exundavit. O quoties sic moneri indigent Christiani, qui se invicem in agris & limitibus damnificant, & Dei preceptum obediunt, quam iste fluvius. R. 1. par. mir. 42.

Vidua cauponiâ cum prope suam domum incendium oriretur, omnia vasa cerevisiaria ad ostium domus comportavit, dixitque: Mi Deus si vides, me his vasis minimam injustitiam commisit, fac ardeat domus mea: si minus conserva illam! Et domus conservata fuit. E. Venditio.

Cum uxor Tobias hædulam domum referret, & animal balaret, audiens cæcus Tobias anxie exclamavit: Videte, ne forte fortius sit! O si bona inusta domum allata instar hæduli balarent, quantus clamor nonnumquam hic uti personaret. Adeoque ut non ledatur iustitia, quilibet Christianus illam gnomem

men cordi habeat: Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.

Duplex est Iustitia, qua mundus regitur, Divina & humana: Divina, quæ peccatum punit, & merita pramiat. Humana, quæ in hominum commercio est vinculum pacis, & fundamentum seu columna publicæ tranquillitatis. Utraque in manu tenet lancem, ut significetur, quod quilibet tam sibi, quam proximo res suas una eademque lance trutinare debeat, juxta principium illud, quod tibi non vis fieri, alteri ne factas. Igitur amore iustitiæ tam Divina, quam humana homo Christianus in consortio, commercio, & contractibus ita proximum habeat, sicut vicissim ab illo haberi cupit. Quid essent humanæ communitates, quid regna sine iustitia? Respondet S. Augustinus. Regna & imperia sine iustitia, quid sunt nisi magna latrocinia, &c.

336. Frequentes in verum administratione, negotiis, testamentis, &c.

Usurarius a Patre spirituali persuadetur, ut in Hospitali mori eligeret, & bona omnia per quatuor executores restituere iuberet iis, quos defraudaverat. Ea nocte vidit Vir hic spiritualis dæmonem aliquem lugere, & ejulare, quia hanc usurarii animam perdidisset. Verum alius dæmon hunc solatus est inquit: Esto boni animi! nihil perdidisti: loco unius quatuor lucratus es; nam hi quatuor executores non facient iusta, sed pecuniam sibi reservabunt, &c. R. cent. 2. par. 1. mir. 27.

S. Bassanus Laudensis Episcopus vidit in bilance cuiusdam mercatoris pusillum Æthiopem, qui lancem alteram deprimebat, & de injusto lucro mercatoris gaudebat. Monuit illum, ut lucrum male partum in pauperes distribueret. Paruit ille, & miram Dei benedictionem expertus est. J. 115.

Mater pro defuncta filia certum sacrificiorum numerum legi curabat, & pecuniam pro his ad aditum mittere per privignum solebat. Apparuit autem filia in somnis Matri, indicavitque a privigno partem illius stipendii retineri, quod & ad exitu catalogo, quem Mater de super explorabat, patuit. J. 142.

Ruricola morituriens rogavit uxorem, ut post mortem, adipatum bovem in stabulo venderet, & pro redacta pecunia sibi piacularia sacra in æternitatem submitteret. Promisit uxor! Post mortem ma-

riti bovem, & una simul gallinam ad forum duxit. Interrogata quanti venderet bovem, respondit, viginti quinque crucigeris! Bone est, ajbat licitator, en habes, quod petis! Mi Bone subinferebat femina, mihi constitutum est, nec bovem vendere sine gallina, nec gallinam sine bove! fivis, utrumque emas! Quantus ergo gallina? viginti quinque florenis! sic emptio, venditio conclusa! uxor viginti quinque florenis pro gallina infaccavit, & viginti quinque crucigeros pro bove Sacerdoti dedit pro facris in opem defuncti mariti. Quanta nequitia!

337. Puniantur a Deo.

Etiam si fraudem agens non fiat dicitur, aut bonum alienum sibi arroget, tamen damnum injustum graviter peccaminosum est, & punibile. S. Florentinus Eremita habebat Ursulum, qui illi in pascuis ovium custodem agebat, aliæque obsequia mirum in modum prestabat: aliqui Monachi hanc gratiam miraculorum invidabant S. Viro, & Ursulum occidebant. Et ecce! statim omnes elephantiasia a Deo puniti sunt. D. 10. 55.

Multi ex mera petulantia destruuntur proximi sine suo lucro: sic S. Augustinus in juvenute pecunia aliorum furto arripuit, quamvis ipse domi haberet multo meliora, id quod amare fateatur, & deplorat. D. 11. 84.

Pinxit quidam imaginem ad experimendum fallacis in negotiis & contractibus: In medio sedebat magnæ auctoritatis Princeps, & cuius latere tam dextro quam sinistro stabant variz persone, quilibet cum sua epigraphe. Nempe hic Aulicus in habitu magni Ministri, cum inscriptione: Ego huic soli servio, & hoc solo me servo. Ex altera parte Miles, cum dido: Dum ego furor, mihi furantur illi duo. Hic Agricola: Ego sustento, & me sustentant isti tres. Illic Artifex: Ego decipio, & me decipiunt isti quatuor. Hic Mercator, Ego spolio, quando vestio illos quinque. Illic Doctor, Ego destruo, quando defendo illos sex. Hic Medicus, Ego occido quando curo illos septem. Hic Confessarius, Ego damno, quando absolvo illos octo. Denique diabolus extendens dentes & unguis in rapinam, Ego rapio hos omnes novem ad infernum. Sic nempe deceptiones & fraudulentia in omnibus statusibus tandem desunt in æternam miseriam.

Duo mendaci expeculare studebant S. Epiphanius, unus simulabat se mortuum,

S. Aug. 1. 2. conf. 1. 6.

S. Incheb. i. de ga. De p. 6. 1. 7.

tuam, alter pro ejus funere componendo mendicabat. Sanctus Episcopus liberalem mendicanti stipem conferebat: at dum redit ad confodandam, revera illum mortuum invenit.

Quidam a S. Spiridione emerat centum oves pro centum thaleris, & quoniam S. Spiridion in usu habebat pecuniam non numeratam bona fide acceptare, pro centenis thaleris tantum præstitit nonaginta novem. Quid fit? una ovis ad gregem rediit, nec poterat ad partes emptoris compelli. Subrisit Sanctus dixitque, forsitan pro hac reluctantante pretium non solvisti. Pudefadus emptor protulit adhuc unum thalerum & ecce! sternax ovicula sine tergiversatione cum secutus est. Sanchez. 7. par. c. 9. f. 599. R. 2. cent. p. 1. m. 25.

Putant aliqui se fraudibus, ac juramentis sine conscientia in emptione, ac venditione rerum uti posse: sed male! Christianus a Judæo pecunias mutuo acceptas denegabat, ad judicem juramenti causa citatus cannam sibi conficit inquit cavam, & in ea aurum recondit. Tum coram judice juramentum nuncupaturus cannam Judæo tradens rogat ut sibi interrim teneret, juratque se pecunias Judæo reddidisse. Sed male cessit illi fraus; domum enim redux in via obdormiit, & a prætereunte quadriga obrutus, canna contracta, & fraus inventa fuit. Sanchez. 6. par. c. 6. fol. 753.

Sanctus Ephrem, quia vaccam pauperis occidit, & etiam pauperem illum insuper lusui habuit, iusto Dei judicio ob falso imputatum crimen incarceratur, ac male impunitus. R. 1. par. c. 7.

Inter penas Dei punientis hæc est, quod fraudulentiam detegat. Mercator a vidua septingentos aureos recepit, & repente pecuniam semina eisdem accepisse negavit. Produxit illa coram iudice apocham, & nihil in ea scriptum erat, quam totum *Salve Regina*. Judex vocat Mercatorem, dicens, si res tibi foret cum alio, mitius procederem, sed quia cum Beatissima rem habes, attende tibi, deferam rem ad Pontificem (Romæ enim erant tempore Pauli V.) & te interim carceri dabo. Sic territus Mercator fastus est omnia, & debitum solvit. J. 145.

Quid frequentius & quid turpius, quam monopoliæ frumenti, tempore caritatis & indigentia? Deus in penam his avaris pro uno modio destruit decem scaphas, uti patet ab exemplis. C. Amos 8. ver. 5.

Defraudatio decimarum.

338. *Multa mala invadit in communitatem.*

Abulensis ait: *Eos qui non solvunt decimas, multa mala consequuntur.* Nam Deus in penam sæpe tantum decimam partem fructuum crescere sinit, ait Augustinus. dein sequuntur hostium irruptiones, deprædationes, aliaque mala. B. ser. 38. n. 35. Corin. Malach. 3. v. 10. c. 2.

Canutus Rex Danie Sacerdotibus decimas assignat, & a Blaccone postea trucidatur: quo facto tanta frumentum penuria Daniæ invasit, ut maxima populi pars fame periret; finitimis populis crevit uberrima seges, ut manifeste eluce-ret Dei ultio supra Daniæ.

Boleslaus Rex Poloniæ nobiles nolentes solvere decimas partim verberibus, partim morte multat. C. Num. c. 18. v. 32. ad finem.

S. Severinus Noricorum Episcopus a Lauriacensibus decimas exigit: negantibus illis, illico pulcherrimas fegetes rubigo invasit: at cum illi penitentia ducti veniam rogant ab Episcopo, fegetes reflorescunt. C. Deut. 14. v. 22.

Ipsimet Judæi, saltem Religiosiores, defraudatione decimarum timent puniri a Deo: ideo habent proverbium: *Da decimas, ut disces.* C. Deut. 14. v. 22.

Deus accepit oblationem Abelis, Caini non respexit: Quare? quia Abel optima, Cain vilissima obtulit. B. ser. 84. n. 8.

Eutropius Eques Alexandrinus duovasa argentea unum pro se, alterum pro S. Martyre Menna confici curat: cum vero illud S. Martyris elegantius fuit confectum, illud sibi servare, vilius S. Martyri dare constituit. Quid fit? utrumque perdidit; nam famulus vasculum pretiosius lavare volens illud in mare decidere sinit, & cum ipse fere aquis fuisset suffocatus, Eutropius pro salute famuli utrumque vas S. Martyri devovit. R. cent. 2. par. 1. mir. 35.

339. *A Deo punitur gravissime.*

Cum Sanctus Bellinus Episcopus Paduanus Thomam Capiviacium divitem Virum ad solvendas decimas cogere, ab eo in itinere interfectus est, postea ab Eugenio IV. in Sanctorum numerum relatus, & ædificata Ecclesia honoratus est. Homicida vero a Deo punitus ad summam egestatem reductus, in carcere moritur.

fere vitam finit. Posteri vero illius in templum Sancti Bellini nunquam ingredi poterunt, & paulo post defecerunt. C. Num. 18. v. 32.

Catanenses Episcopum suum Alexandrum decimas exigentem, in culina combusserunt: Comes vero Catanensium, qui Episcopo opem ejus invocanti non succurrit, a famulis, qui eum ob austeritatem oderant, in lecto trucidatus, & in propriis adibus concrematus fuit. C. Num. 18. v. 32.

Halberstadiensis Episcopus Burcardus Monasterio Hersveldensi decimas subtrahens de equo labitur, & sub mortem decimas restitui jubet. C. Num. 18. v. 32.

Defraudans Decimas ne dimidium quidem fructuum partem colligit, quam aliis annis. Contra Miles in dandis decimis supra modum accuratus, bis vineam in uno anno vindemat. E. Decima 1. & 2.

Juvenis Brabantinus in articulo mortis subito ad se revocatus petit Confessarium, inquit, se B. V. ope ad mentem rediisse, qui alias propter tria peccata certo fuisse dammandus: 1. Quia decimas defraudasset. 2. Quia alicui Monasterio pisces abstulisset. 3. Quia venatione fegetes destruxisset. Dein confessus, & damna resarciens mortuus est. E. Verbo: *Bona injusta* n. 3.

De fraudatio Mercenariorum.

340. *Quam Deo odibilis.*

Non negabis mercedem indigenti, sed eodem die reddes. Ubi S. Ambrosius: Qui non patitur te dicere: eras dabo: quomodo patietur dicere: Non dabo. S. punct. 81. f. 263.

Ve qui edificat domum suam in iniustitia, . . . & mercedem non reddet ei. Cur vix minatur Deus? Quia domus, prout textus Hebræus explicat, fuit spatiofa, pomposa, laquearis cedrinis sulca, minio picta, &c. Væ igitur si merces, & debita non solvantur. S. p. 81. f. 263.

In veteri lege expresse prohibuit Deus, ne creditor pro pignore summæ mutuo data accipiat superiorem aut inferiorem molam; quia debitor sine illis vivere, & lucra diurna facere non potest. Præterea præceptum erat, ut creditor debitori, si iste pauper sit, pignus suum ante solis occasum in domum remittat, ne iste forsitan sine stragula, & lecto dormire cogatur. Quanto ergo magis Deo erit odibile mercenariorum stipen-

dia defraudare tanquam eorum sustentationem. D. g. 61.

Clamor vindictæ tam mercenarii, quam uxoris & liberorum penetrat nubes, & Deum ad iracundiam commovet; hinc sæpe plagæ, incendia, rapinæ, morbi & mortes, quibus corasæ avarorum opes consumuntur. Imo vindicta Dei in totas urbes & communitates sese effundit, ubi debita non solvantur, pauperes non curantur, mercenariis & famulis stipendia non præstantur, & hæc injustitæ passim a superioribus tolerantur, &c.

Lusus.

341. *Quanta mala post se trahat.*

Sanctus Cyprianus & Chrysolomus ajunt: Lulum esse sobolem avaritiæ, sed proflus contrariæ indolis cum Matre: hæc enim coarctat, iste prodigit, &c. B. fern. 42. §. 5.

Lulus ordinarie post se trahit blasphemias, & juramenta. Venerabilis P. de Betanzos Inquisitor Mexicanus abrogavit lusum, ut abrogaret blasphemias, cumque aliquo alicui non obstante hæc prohibitiocine occulte luderent, fulmen in medio eorum decidens mensam lusuriam ex in-greto combussit. R. cent. 3. mir. 38.

Quidam impius ex lusu tesseraum pecunia spoliatus eo proterviæ progressus est, ut inter blasphemias sagittam sursum jacularetur, quasi ipsum cali Dominium percussurus. Sagitta reversa est sanguine tincta, tunc ille penitentiam egit. E. Lusus n. 4.

Putant aliqui, lusum quantumvis immoderatum, nunquam esse peccatum grave, sed falso: Nepos S. Cyrilli Episcopi post mortem apparet, se propter lusum æternaliter damnatum esse avertit. E. Fætor n. 2.

Lusus alearum & taxillorum odia, inimicitias, & rixas, cum periculo cadum & vulnerationum post se trahit, ideo S. Antonium Archiepiscopus Florentinus de aleis dicens solebat: *Quot punda, tot scelera.*

Lusores turpem ludendi habitum contrahunt vere insuperabilem ac incorrigibilem, scitur, quod aliqui calceos ipsa hyeme, alii capillos, alii dentes pro ludo, cum pecunia defecti, pacti sint, hinc etiam clepacas manus acquirunt, & domi parentibus, ut Dominis utilia demus sustentantur, ut ludum prosequi possint. Hinc Philosophus triplex sce-

S. Anton.
in Summa
Theol. 7.
2. 11. 1.
c. 23. v. 6.

sceleratorum genus in unam fascem collegavit, iniquis: *Alator, & spoliator, & latro ex liberalium genere sunt.*

LUXURIA.

342. *Facit animam hominis servam carnis.*

Gen. 39. **I**nscit uxor Domini oculis in Joseph: Quare dicitur uxor Domini nonne erat Domina Josephi mancipii? erat: nonne ergo compendiosius dici poterat: iniecit Domina oculos in Joseph? Respondet S. Ambrosius. *Reste uxor Domini non Domina dicitur, quomodo Domina, que dominandi non habebat affectum, que que dominandi non habebat affectum, que servilis libidinis incentiva prestat. Pudeat te, quod anima tua nobilis Domina serviat tunc mancipio: quid dices, si videres equum superbe phaleratum, sessorem autem in contentibus, &c. B. ferm. 2. n. 22. 23.*

10. 8. **Q**ui facit peccatum servus est peccati. Vide Tit. Peccator: Gravissime laborat in servitute demonis. Quin imo non tantum in servam carnis mutat animam, sed etiam in bestiam transfiguratur. Rex Tiridates, trucidans Virginem suam impudicitate consentire nolentem, in porcum mutatur. *Que differentia est inter hunc Tiridatem & luxuriosum? illa, quod ille extrinsecus, luxuriosus solum intrinsicus habeat formam suilem, &c. P. p. 2. disc. 12. n. 16. 16.*

Imo luxuria non tantum hominem facit servum carnis, sed omnino animalem & brutum: videmus hoc in libidinosi, qui licet aliquando penitent, & misericordiam suam deplorent, tamen viso obiecto amato mox, quasi mente carent, in profana fecunditate relabuntur. Id quod propheta affirmat: *Fornicatio, & vinum & ebrietas auferunt cor.*

Femine impure recte assimilantur suis, seu porco: 1. Quia sus est animal plane stolidum; ideo Aegyptii sapientem representantur per Elephantem, & stultum per suem. 2. Sues tota die in ceno se volunt: ita femina lasciva non nisi impudicitia delectatur. 3. Sues sunt pronae in Venerem, sic & femina lasciva. 4. Sus est animal impudens, & indocile: ita femina impudica, &c. C. Prov. 11. v. 22.

343. *Illius voluptates sunt falsa, & deceptorie.*

Appropinquavit ludus se extendentium in lectum: lacinata est ad mortem domus

meretricis. Possent nunc loqui, qui propter voluptates carnis damnati sunt, o quomodo maledicerent illi place, ductori, janua &c. M. conc. 37. aff. 3. n. 6. B. ferm. 14. n. 34. n. 35. Serm. 18. n. 13. S. punct. 64. f. 223.

Quid aliud relinquunt carnales voluptates, nisi afflictionem, & miseriam. Absalon rebellans dum illicem pertransit, frondibus inhæret, & tribus lanceis confoditur: quærens libido est, quia non alios fructus generat quam fordiosum animalium: ubi Cardinalis Hugo ait: *Absalon peccator est, sensualitas mulus: Mulus transit & ipse remanet suspensus: Anima reddendæ rationis onus imponitur, quæ triplici lænea id est triplici pena punitur: pena damni, sensus, & remorsus. A. lect. 6. n. 19.*

Quam detestabilis est voluptas luxuriæ, quæ multiplicem miseriam, & amaritudinem post se trahit. Prima est & consistit in foribus, nausea & morbis, præsertim lue Neapolitana, qua Deus fornicationem castigat. Secunda consistit in damnis fortunæ, quia meretrices emungunt opes. Tertia in infamia nominis. Quarta, in litigiis, rixis, & pugnis cum meretrice impudenti. Quinta in reatu peccati, ira Dei, & morte tam præterita quam æterna. C. Prov. 5. vers. 4.

De Lysimacho Rege narratur, quod sitiens propter unicum haustum aquæ regno cesserit. Unde postmodum sine lamentabatur: Me miserum, qui propter unius poculi voluptatem coronam perdidit! Hæc lamenta, luxuriosorum erunt in inferno.

344. *Raro emendatur serio.*

In Historiis mira narratur de hominibus aquaticis. In Hollandiæ lacu capta est mulier marina, quæ docilis apparuit ad nonnulla humana, sed loqui discere non potuit. In Frisia Vir barbatus & pilosus aliquot annos vixit, sed mutus mansit. In Norvegia ejusmodi Vir in mari captus statim in navi mortuus est, in mare autem projectus revixit. VV. art. disc. font. 4. Ex. 3. Mare dicitur patria Veneris; sicut ergo homines sunt aquatici, ita etiam constituti sunt luxuriosi, in duobus præsertim capitibus: Inprimis sicut homines aquatici, ut in terra bene habeantur, tamen retro tendunt ad mare: ita luxuriosi, ut in gratiam Dei revocentur, tamen semper ad spurcas voluptates retrospiciunt. Secundo, sicut illi aquatici, licet alias artes huma-

2. Reg. 18.

Martin. Martinus in Affian. State.

Eccl. 10. in Hilo. in dicit. lib. 16. v. 6.

humanas, nunquam tamen loqualem addiscunt: ita luxuriosi raro in confessionali aperte & sincere loquuntur. Quis sperabit emendationem?

In Imperii Sinici mari inveniunt pisces, nomine *Blajul*, cujus adepsi semel accendatur, nulla aqua vel arte amplius extinguji potest. VV. art. disc. font. 28. Ex. 13. Sic si impurus ignis aliquando cor hominis corripuerit, raro perfecte extinguitur.

Non mirum est luxuriosos raro converti: quia inter omnes peccatores nullus minus capax est bene apprehendere motiva conversionis: luxuria enim ipsa comminuit cerebrum: Balthasar Bonifacius testatur, in capite cujusdam multerculosissimi hominis exiguum cerebri portunculam inventam esse. VV. art. disc. font. 44. ex. 1.

Speciali, & vix non prodigiola Dei ope opus est, ut lascivus peccator emendetur. Quidam relicta uxore in amaram secedens gravissimis tentationibus vexatur. Patres ergo occupantur illum decumans adeo laboribus, ut infirmaretur. Veniens autem ad eremum peregrinatur, & causam illius infirmitatis agnoscens suavit illi, ut extraordinarium Dei auxilium imploraret, quod solum illi remedium profuit. E. Indiscretio n. 1.

345. *Vinci debet per fugam occasionis.*

Homines sancti nil magis formidabant, quam occasionem. S. Antonius cum militem demonibus suis colluctatus, & eos tanquam imbecilles derisit, uti vero mulier ad cellam se stetit, tunc cohorrui, tunc ad orationem confugit, tunc vestes in postibus duplicavit, &c. P. part. 1. disc. 15. n. 12.

S. Franciscus Salesius a femina tentatus in faciem illi expulit, & tergum obtulit. P. p. 1. disc. 23. n. 19.

B. Evagrius, quamvis in urbe Constantinopolitana Scripturarum eruditione floruerit, tamen in conversatione cum Nobili muliere in extremum pudicitie periculum incidit. Verum ecce! quondam Angelus in specie militum præfecti ad eum venit, illumque catenis ligatum in carcerem traxit: anxius Evagrius, ut nullius culpe publice conficius esset, tamen ob peccatum suum agnovit Divinam ultionem, metuebatque, ne maritus illius Matronæ eum accusasset. In carcerato auxilium terrorem, quod e vicinis custodiis strepitum & voces aliorum audire, qui pro criminalibus causis a Iudice diversis supplicis torquebantur. Dum sic anxius

tormenta & sententiam metueret, reddidit ad eum Angelus figuram amici indutus, atque lamentanti ac multum oranti promisit, quod si juramentum super Evangelia se obstringere velit, quod urbe Constantinopolitana abiturus esset, eum & carcere, & tormentis liberare vellent. Sic attulit Angelus Evangelium, Evagrius juravit, & dein Hierosolymam abiit, ubi a B. Melania Senatrice Romana exceptus est. In sum necessarium fit procal ab occasione profugere. Spec. Ex. tit. Conversio n. 3.

Rogatus per integrum triennium non aspiciens feminam, rogatus a fratre causam, reposuit: Deus tantum dicit castitatem cooperantibus: quod si aspectus & occasiones non fugias, Deus non tenetur te defendere, &c. E. Oculi n. 8.

Aliis sceleribus juberm resistere fortes in fide, vitium autem luxuriæ oportet superare fuga. S. Augustinus ait: *Apprehende fugam, si vis obtinere victoriam.* B. ferm. 58. n. 17.

Moyes Amalectus eminus vincit, non cominus: ita luxuriam eminus vincere oportet. S. punct. 32. f. 139. Segn. Man. 25. Jul. n. 3.

Joseph fugit Putipharis uxorem, & vincit: Samson autem vincitur, quia non fugit. S. punct. 33. f. 147.

S. VVenefida Virgo in Anglia a Cadoco Regis Alani filio in tuo cubiculo occupatur: Virgo sub prætextu minus decentis vestitus exitum imperat, sed in Ecclesia fugit. Cadocus despicit se videntem fugientem insequitur, & capite truncat. Eo loco, qui a venerando truce tactus fuit, pulcherrimus fons erupit, Virgo vero ad preces sancti Sacerdotis Benoi ad vitam fuit revocata. Sic fugienda occasiones. R. cent. 2. par. 1. mir. 16.

Neo-conversi Christiani in China pro quantum hac ex parte fortitudinem exhibuerunt. Quidam juvenis a famula domus diti, & demum etiam donis sollicitatus, domo ad Dominum desert, & ei denunciatur, se & domo abiturus, nisi contra impudicam se defenderet. Mirum illi erat in genere voluptatibus nimium dedita. Pudeant nostri Christiani, qui ex occasione pravis millies moniti non exeunt. R. cent. 3. mir. 45.

Elias persecutionem Jezabelis fugiens, & in solitudinem delatus subter unam Juniperum quiescit, & perit ante suam, ut morietur. Mira petitio! si mori cupis mi Elia, cur persecutionem fugis, si serio agis tantum ingredi urbem, irata Je-

3. Reg. 18.